



1. Anton J. Pauli's Veritas
Christiane Religionis,
Hale, 1718.
2. Diff. de Insigni
Harmonia Fidei que iusti
sicut, et Fidei quatenus
justificare dicitur, Hale, 1723
3. Barth. J. Joh. Henr. J. Diff.
de Doctrina in theologia Ignoran-
tia, Argentorati, 1717.
4. Baumgarthen J. Sigism. J. J. J.
Diff. de Limitibus in concili-
anda Rationi Doctrina
revelata observandis, Hale
1751.

5. Bettingen s. joh. / positiones
de mysterio s. Trinitatis,
Erfordie 1629.

6. ———— diff. de duplici
natura Christi, Erfordie
1629.

7. Brecht s. joh. Reinhold / diff. II.
de Remissione fratris Cesi ad
Ecclesiam per Christum facta,
Argentorati, 1716.

8. Breithaupt s. joach. justif. /
diff. de Notis Candidatorum
Ministerij Ecclesiastici, Hala
1697.

9. Budder s. joh. franc. / de
temperamentis Hominum,
jend, 1704.

10. ———— Quaestio, an
naturali Homines polleant
vaticinandi Facultate,
jend, 1698.

11. ———— judicium Martini
Lutheri de Ecclesia Romana
expensum, jend, 1717.

12. Chemnitz s. Mart. s. Diff. de
Sponsalibus, Jenæ, 1664.
13. Fecht s. Joh. s. Diff. de Visi-
tatione domestica ab Ecclesiæ
Ministro instituenda, Rostochij
1708.
14. Finhaber s. Frid. Jac. s. Diff.
de Methodo demonstrandi Ma-
thematica ad Res theologicas
non applicanda, Wittenberge
1715.
15. Franzius s. Wolff. s. Oratio
cur Dominus noster Jesus
Christus sit vocatus Emmanuel
Wittenberge, 1598.
16. ——— Diff. XII ex Deutero-
nomio, Wittenberge, 1608.
17. Gerner s. Salam. s. Diff. de
Reliquijs Ecclesiæ Romanæ,
Wittenberge, 1597. quas
Calviniani retinent, Witten-
berge, 1597.
18. ——— Diff. Papiæ
Calvinianorum practici,
Wittenberge, 1597.

19. Goetz J. Georgy Henricus Diff.
de Annuntiatione iudicij ex-
tremi a Christo exercendi,
Lubece, 1713.
20. Gregorij J. Fridr. Cruijff Diff. II
de Temperamentis Scriptorum
Novi Testamenti, Lipsie, 1710.
21. Hardtschmidt J. Joh. Nic. Diff.
II. de Conventiculis
Argentorati, 1705.
22. Havighorst J. Joh. Diff. de
Paschate, Bremo, 1717.
23. Heilbronner J. phil. Diff.
de Erroribus Pontificio-
rum circa Doctrinam de
Ecclesia, Lauingæ, 1545.
24. Henrici J. Georgy Joh. f.
Diff. de usu Librorum
Apocryphorum. V. T. in
Novo Testamento, Halle
1711.

25. Henningij / Joh. / Diff. quae
in Ministerio hęc. recondita
latent, Erfordie
26. Roeber / Pauli / Diff. de
Potestate Romani Quisopi
Witteberge, 1628.
27. Hildebrandi / Joach. / Diff.
de Ritibus Sacris, Helmst.,
1655.
28. Klaußing / Henr. / Diff. de
Methodo demonstrandi ma-
thematica in theologia non
non applicanda, Witteberge
1715.
29. Knebel / Joh. Chr. / Diff.
de Anno et Die Nati-
vitatis Christi, Magdeburg
1722.
30. Leyser / Polyc. / Diff. de
noviter adornanda Novi Testamen-
ti Graeci Editione, Helmst.,
1723.

2


PAVLI ANTONII,
S.S. THEOL. D. ET P. P.
Dissertatio
DE
INSIGNI
HARMONIA
FIDEI,

QVAE iustificat,
&
FIDEI, quatenus iustificare dicitur.

EX LIBRIS SYMBOLICIS
concepta,

Et ad definitiones *CONCILII TRIDENTINI*,
vsumque etiam ecclesiae modernum ac praesentissimum adplicata.

NOVA EDITIO PRIORIBVS CONFORMIS.



HALÆ MAGDEBURGICÆ,
LITERIS CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.
ANNO MDCCXXIII.

B. L.



Rima hæc disputatio mea Hallensis habita fuit d. XV. Maii A. M. D. C. XCVI. respondente WOLFGANGO BALTHASARE RAVNERO, Augustano, Vefaliæ verbi diuini ministro dexterrimo, vñv év évysos.

Occasionem dedit, fateor, famosa illa Disputatio Lipsiensis, de IVRE decidendi controuersias Theologicas, d. XV. Ianuarii eiusdem anni instituta sub præsidio D. Io. Ben. Carpzouii; cuius & post mortem, fasciculo dissertationum Academicarum Carpzouianarum inserta reperitur, collectore Fratris D. Sam. Bened. Carpzouii, supremo concionatore aulico Dresdense. In ea enim disputatione Spenerus, qui præ multis aliis tam pure tamque studiose de iustificatione, & de fide egit in scriptis suis quam plurimis, in Turbatorum, qui obseruandi fugiendique sunt, classem refertur, isque esse depingitur, qui fidei naturam in iustificationis negotio VT per charitatem operosa est, explicandam nostro tempore vigeat. Habentur verba ipsa, etsi presso in speciem nomine Speneri, in volumine isto p. 1237. sq. similiaque de aliis p. 1143. 1149. 1148. ; vt taceam & alia huius notæ plura. At vero constat publice, sub eiusmodi formulis, tanquam ordinario negotio, maxime lacerata hucusque fuisse propria viscera ecclesie; sique non parum se prestare tum putauit Autor iste, si persuaderet Evangelicis periclitari per Spenerum doctrinam sanam de iustificatione & de fide. Igitur putauit e contrario, me nonnihil præbiturum pro concordie ecclesiasticæ studio, si doctrinam publicam ecclesiæ nostræ, de fide iustificante, tum quæ iustificet,

rum quatenus iustificet, doctrinam, que tanti inter nos momenti est, repeterem & defenderem candide. Non, quod Spenero opus esset mea excusatione, qui rationem istam loquendi (fidei naturam in iustificationis negotio, VT per charitatem operosa est) vel similem, nunquam adhibuit; qui de cetero ipsum neruum disputationis istius de iure decidendi summam incidit IV. Apr. eiusdem anni 1696. in apologetico ad famosum itinerarium Schelwigianum. Neque, ut egre facerem aduersariis, quorum vix aliquam in secunda editione mentionem feci; nisi quod in tertia & quarta, nuncque in quinta recognitione, nonnihil de recentioribus controuersis apologetice tandem attexui. Sed quod scripsi, eum vnice in finem scripsi, ut ex animo totoque corde testimonium ederem pro causa Evangelica, non sine spe tranquillioris atque placidioris inter meliores iudicii. Accedebat alia ratio per quam opportuna, quod ita sub initium Professionis Theologicæ approbare studia mea studerem iis, inter quos viuere Hale cæperam. Nec dissimulo programma etiam meum, quo Professionem Theologicam Hale aggressus sum, in quo huius cum ministerio ecclesiastico nexum ostenderam, ad impetrandam benevolentiam veram, bene namque ac tutam de mea ἰσθὸς διδασκαλία fiduciam, recte riteque conciliandam, sincere fuisse directum. Is conatus meus, ad pacem pronus, me plane quod se fellerit, nemo, credo, dixerit. Neminem vti que scio, qui sustinere quicquam aduersus meam hanc disputationem primam de harmonia fidei in tempore, & post tot annorum decursum, valuerit, vel voluerit. Eam igitur, sic bono animo serioque conceptam, ex textibus symbolicis, etsi absque seruitute aut superstitione formularia, & absque omni trivandandi studio, tibi, B. L. reddo. Tu bene utere, eaque etiam, que scholarum more proponenda fuerunt, in succum, quod aiunt, sanguinemque ex abundanter subministratis ipsius Scripturæ locis conuertere, & in Salvatore IESV bene vale. Dab. Hale in Fridericiana. M D C C X V I. Mense Maio.

A. 1695.

Tot

Tot sunt Scripturæ loci, qui *iustificationem* hominis *peccatoris* coram Deo, *fidei* in Christum Iesum mediatorem, *exclusa* omni fiducia operum & propriarum virium, tam aperte tribuunt, vt, quotquot vim Scripturæ intelligunt, non modo diuinæ veritatis sibi sint intra sese conficii, sed & cum parrhesia sciscitari ex aliis possint: num frustra existiment, item *toties* repeti? num arbitrentur, *excidisse* Spiritui S. *non animaduertenti* has de *fide* iustificante voces? Certe graui hac quaestione conscientiam dissentientium aggressi sunt maiores nostri in *apol.* A. C. p. 77. 81. præter ea, quæ hanc in rem p. 70. 79. 101. 118. 121. & in ipsa A. C. p. 10. 11. 16. vrgent. Non minus tamen necessarium est nosse, quoad rem, *quatenus* fides iustificet, & *quæ* sit vera illa vnica atque viuua fides. Quod ipsum eadem opera cognoscere licet ex illis *ipsis* Scripturæ locis, in *pleno suo ambitu* distincte & emphatice consideratis. Quoniam autem in hunc vsque diem hæsitari hic deprehendimus, lubet post habitas primas nostras lectiones in A. C. & Concilium Tridentinum, ex A. C. eiusque apologia præcipue, certa & clara rei fundamenta repetere, cum iisque concilii Tridentini *antithesin* conferre; eo quod vsus horum scriptorum non modo magis obuius est, sed & ad cognoscendas *publicas* sententias, ex publica autoritate, multo aptior. Eum in finem studiose contendimus a beneuolo lectore, vt paginas, ad quas studio breuitatis ex libris symbolicis (iuxta Lips. Lat. editionem) remittimus, euoluat ipse, si quando opus videbitur, nihilque ibi aliud, quam *mentem* Scripturæ, tanquam *canonis*, indaget. Te, Christe, rogamus, vt Spiritu S. tuo adiuues nos, vt id illustrare ac patefacere possimus. Amen. p. 104.

§. I.

Fides a *fidendo* vel *confidendo* dicitur in genere. Quatenus autem *fides* hic dicitur *iustificare*, *confidere* intelligitur ea in *ipso iudicio*, qui significatus eo magis attollitur & acuitur, quo magis *arduum* est, hominem eumque *peccatorem*, *confidere* rursus *velle* aut *posse* coram ipso *Deo iudice*. Ut adeo talis fides vel fiducia non quouis modo, sed propriissime & specialissime, quoad vim offensam *peccatorum* abolendi in foro diuino, consideranda veniat.

Marc. 16, 16. Iob. 3, 18. 19 sq. c. 20, 23, 31. Rom. 3, 26. Ebr. 10, 4. 12, 17, 22, 26, 39. 2 Cor. 5, 19, 20, 21.

§. II.

Fieri sic nullo modo potest, quin emergat ex prauia hac consideratione maxime seria quaestio: *quomodo hoc intelligi* debeat, quod fides iustificare seu reconciliare peccatorem coram ipso Deo iudice dicitur? Sentimus enim in conscientia nostra, agi in eiusmodi quaestione cum Deo, & ira eius placanda, qua *quaestione* maior nulla cogitari a nobis potest, qua vult nulla intelligi certius & accuratius.

Act. 16, 30, 31, 32. c. 17, 30, 31, 3. II. c. 10, 2, 6, 22, 34, 35, 42, 43.

§. III.

Quando ad hanc quaestionem: *quomodo fides iustificet?* certa habetur responsio, tunc *porro* intendi potest ac debet cogitatio animi spiritualis, *quatenus* *diuotus* fides iustificet? modo in ista adstrictione significatus vel vocolae, nihil aliud quaeratur, quam res ipsa, & vt mysterio purae fidei, & doctrina de fide serio in primis vtamur ipsi ad vacuefaciendam mentem nostram ab omni alio intuitu. Quod si fiat Spiritu S. in Scriptura duce, remotis spinis & tricis otiosorum hominum: vsum profecto in doctrina & praxi Christiana gignit vberimum, omnia hic *ad viuum reserare*; tamen si hoc alias habetur in vitio. Quid? quod summe necessarium est, beneficio doctrinae de fide, *quatenus iustificet*, remouere ex animo omnem opinionem naturalem & fiduciam propriarum iustificationum vllius generis, vt serio, admissa hac remou-

motione nec vnquam obliterata, fundamentum poni possit ad reliquam vitam gratiæ, vt gratiæ, fideliter conformandam.

Rom. 3, 27. 28. 21. c. 4. 5-10. sq. 23. Act. 15, 11. Ef. 38, 15. 16. 17. c. 57. 15. sq. Luc. 7, 47. 50. c. 11. 4. c. 17, 5, 10. 13. 19. Gal. 2, 16. 21. c. 4, 9. 19. Ebr. 13, 7. 9.

§. IV.

Neque enim metuendum est, ne hac ratione abeat Vna confi-
deratio illu-
strat alte-
ram, sed dis-
tincte. ab indole & natura fidei ipsius in se; quæ ipsa potius ad hoc ipsum *ducit*, vt magis magisque clare & distincte ex lumine reuelationis diuinæ intelligatur, & agnoscat, *quomodo* & *quatenus* iustificet? Si quidem *ἀδύνατα* sint, fidei iustificationem tribuere certo respectu vel modo, quem diximus, & illum respectum vel modum pugnare in naturam ac indolem veræ fidei; cum nulla alia, quam vera ac seria fides in reconciliationis negotio locum obtinere queat. Illa tamen vera fides deinde etiam extra negotium iustificationis *ἐνέργειαν* suam necessario exerit; *salua* semper atque illibata *speciali* illa & prima consideratione. *Vna enim fides* est, & *vna* in se permanet, quocunque, licet diuerso, respectu.

Rom. 1, 17. Eph. 1, 7. 13. 17. 1 Theff. 2, 13. c. 1, 3. 5. 7. 8. 1 Iob. 2, 21. 27. 12. sq. 2 Petr. 1, 9. Luc. 7, 47.

§. V.

Compendiarium tantæ rei, penitus imbibendæ, viam, monstrat *opologia* A. C. p. 71. quam ponderari & euolui operæ pretium est. Nempe vt certo & per solidam animi reflexionem constet de natura atque indole veræ fidei (aduersus quam certe & fides, *cum iustificat*, nihil admittere potest) inquirere attente prodest in *ortum* fidei, siue in eius *genesis* & *conceptionem* spirituales. Quam enim fides naturam habere dici potest, eam necessario habere ex ipsa sua oriendi ac nascendi, siue etiam postea innolescendi, ratione, ostendi debet ac potest.

§. VI.

Ortus fidei cognoscitur paulo distinctius ex duabus (diuer-

(diuersis, sed mutuo sese respicientibus) quæstionibus. Prior est, in quo *cordis* statu vera gigni possit fides, vel in quo subiecto locum habeat talis fiducia, si vlla locum habet? Posterior; *ex* quo principio vitali, semine, seu verbo viuifico sit vita fidei? Priore quæstione opus est, quia nunc nulla alia fides intelligitur, quam quæ in prænitente, tanquam *in subiecto recipiente & patiente*, generari debet. Posteriore autem, ne donum vel thesaurus gratiæ puræ putæ confundatur cum vasculo, in quod thesaurus reponitur.

lunge inter se loca Act. II, 18. c. 14, 26 27. c. 15, 9. II. c. 13, 48. 45. 38. 39. c. 17, II. 12, 30. 31. c. 20, 20. 21. c. 26, 18, 20 ii. Matth. 21, 25. 32. Luc. 8, 12. sq. Ioh. 1, 5. 7. II. 12. 13 29. c. 4, 29. 39 - 42. c. 5, 44. c. 10, 25. 26. c. 12 36. 39. c. 16, 9 Hebr. 4, 2, 6. 2 Thess. 2, 0, sq. c. 3, 2. I Tim. I, 15. 16. c. 2, 4

§. VII.

Iam si rem recte & ex æquo putes cognoueris facile, nihil fiducia procreatum iri *in* peccatore, nisi in pœnitente, & ita quidem pœnitente, vt omnem plane fiduciam *sui ipsius*, quæ modo nominari possit, abiiciendam, & salutem suam alibi quærendam esse intelligat. Quod vt fiat, Deus pro misericordia & sapientia sua disposuit voluitque, vt officium peccata arguens & terrore percutiens, per prænitentem Spiritus S. gratiam, possit *sentiri*, admitti, & suscipi; quando tam conspicua sit humani generis miseria. Per verbum igitur, statui *peccatoris* conueniens, hoc est, per verbum *legis* & per varia alia, quæ ad vim iustam legis *sentendam* faciunt, is ipse Pater sanctissimus, lapsi hominis cor, intellectum, & voluntatem aggreditur in conscientia, vt velit agnoscere, sese teneri quidem iuste ad reddendam de lapsu suo rationem, & ad sustinendas pœnas lapsui debitas, at tamen nihil esse, nihil superesse in se ipso, quo ipse vlla ratione eluctari possit; cum nec abyssum corrupti status sui, multo minus modum emergendi percipiat. In his terroribus vero legis Deus omnia, quæ sunt in homine, specie vel *honestissima*, concludit *iudicialiter* sub peccatum p. 76. In his

his terroribus *sentit* conicientia iram Dei aduersus peccatum, videt peccati turpitudinem, respicit effugia, respicit solatia propria; sed prostrata fulmine veritatis monetur, ne audeat eludere iudicium, ne *dix quere*, *partiri*, aut *distinguere velit*, *virum sit peccatum* vel non peccatum, tale vel tantum, aut Ipei quicquam in se ad expiationem, vel declinationem fori superesse sibi persuadeat. p. 128. 166 320. 326. seq. Sic, cum desperatur de seipso, *incipit vera penitentia*, vera cordis passio, quam sustinere humana natura non posset, sustentaretur coelitus. *ibid.* p. 320.

§. VIII.

Inter eiusmodi terrores ex lege (si ii, vt possunt per ordinem gratiae, admittantur) insinuat Spiritus S. in intimo cordis contriti tremulum quoddam desiderium gratiae; nouique motus primi cum gemitu ineffabili, etsi forte obscure, intra hominem assurgere incipiunt; promicante modo eminus, modo propius, aliquo Ipei radiolo, donec *cervum* verbum exaudiatur, quo tremulum illud desiderium paulatim *figi* incipiat. Quem *transiitum* (a verbo & sententia *legis* ad verbum & sententiam gratiae, vnde corda tremuntia *rursus* concipiunt consolationem, nouusque sic affectus exsurgit p. 12. 36. 71. 134 319.) solus Deus efficere & reuelare vult ac potest. Describere hunc transiitum nobis quoad *omnia* momenta hac in imbecillitate, pro incredibili diuersitate subiectorum & circumstantiarum, non licet, nec ad officium nostrum tam rigorose pertinet. Certissimum tamen est, vel primam scintillulam fidei & minimam flammulam *aliunde*, nisi ex verbo gratiae reuelato, & ante intuitum Christi, esse non posse. F. C. p. 659. l. 6. vt ideo initia haec gratiae fouenda ac alenda sint, nec contemnenda.

Gal. 2. 16. 20. 21. c. 3. 22. *sq.* *Rom.* 3. 9. 19. 20. *sq.* c. 4. 5. *sq.*
Act. 13. 38. 39. c. 9. 6. c. 5. 10. 11. *Matth.* 5. 3. 5. 6. c. 9. 2. 13. 22. *Phil.*
3. 9. 10. *Col.* 2. 11. 12. 13. *sq.*

§. IX.

Atque hoc est *Euangelion*, ex quo solo vi meriti Christi
B na-

nascitur fides in poenitentia. ἀγα ἡ πίστις ἐξ ἀνοῆς, ἡ δὲ ἀνοῆ δια ῥήματι ☉ θεῶ Rom. X, 17. ἐν τῇ καρδίᾳ σε scilicet. τῆστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν v. 8. ὡς ἄραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων v. 15, p 108 167. 372. 670. Vti etiam ex euangelio proprie emergit vis ipsius conuersionis nostræ ad pastorem & episcopum animarum, per quem credimus in Deum, qui excitauit eum ex mortuis, & ipsi dedit tantam gloriam, ita ut fides & spes nostra sit in Deum. ἀναγεγεννημένοι ἐκ ἐκ σποράς Φθαζῆς, ἀλλὰ ἀφθάξῃς, δια λόγῃ ζώντι ☉ θεῶ. τῆστο δὲ ἐστὶ τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελιοθέν εἰς ὑμᾶς 1 Petr. I, 21. 23. 25. II, 25. 1 Cor. IV, 15.

Act. 9, 35. 42. c. 11, 17. 12. 21. c. 13, 16. 26. 8. 10. 38. *sq.* *Es.* c. 45, 22 - 25.

Ex hoc, inquam principio vitali uiuit per Christum fides, & apprehendit in poenitentia oblatam misericordiam. Ex euangelio de *Christo* discit fides, & assequitur *nostram* fundamenti gratiæ. Ex euangelio *assensu* humili respondet *mandato* euangelii, quod *præcipit*, ut credamus, Deum nobis propitium esse propter *Christum*. p. 133. 174. 178. Ex euangelio *fiducia* recumbit in euangelio. Nam *ideo* ex euangelio hæc ipsa nascitur, ut in euangelio uiuat & recumbat, & assensum ad præsentem rem ipsam vera ac seria *receptione*, cuius vires accepit ex oblato *Christi* merito, applicet. *Iob* 9. 36. c. 1, 7. 31. 39. 45. *sq.* c. 17, 26. 8. 20. *sq.* c. 6, 40. 29. 69. 70. XI, 26. c. 20, 31. 28. *Gal* 2. 16. *Iob*, 5, 1. 13. *Act.* 16, 34.

§. X.

Sufficiunt hæc ad *præagulum* quendam dandum de natura fidei, ex eius oriendi ratione, quæ etiam in progressu sibi semper est ac manet consentanea. Prius tamen, quam in ea describenda pergamus, quid ex ante dictis sequatur, adnotandum. Et illa quidem nota iam sint in ecclesia nostra: sed si ea *præsupponantur* frigide, tanquam nota iam plusquam satis, ac inde negligentius tractentur, damnum fuerit prorsus ineffabile.

§. XI.

§. XI.

Quia fides illa, de qua loquimur, *existit in pœnitentia*, hoc est, *concipitur* in terroribus conscientia, quæ *sentit* iram Dei aduersus nostra peccata, & *querit* remissionem peccatorum, & liberari a peccato, & *in* talibus terroribus & aliis afflictionibus debet hæc fides crescere & confirmari: *quare* non potest *existere* fides *in* his, qui secundum carnem viuunt, &c. p. 86 71. 134 138. Ergo multo minus pura doctrina de fide in eo consistit, vt fidem eatenus sentiamus iustificare, quatenus absoluendus vel iustificandus vult esse absque labore pœnitentiæ, (quibus vacat, ii de variata A. C. adeant Hülsemanni manuale p. 87. & Brentium, qui Halam Sueuorum A. 1548. reliquit, quod in formulam inter religionis non consentiret, T. I. hom. in Ioh. f. 243. Nullam hic fingendam *separationem quoad existentiam in subiecto*, grauius monet B. Gerhard. T. vlt. conf. Cath. p. 553. sq. (itidemque grauiissimus theologus Carpz. Ifag. symb. p. 228. 278. seq.)

p. 687.

infra §. 47.

§. XII.

Quia vero *sic incipit vera pœnitentia*, dum homo audit *sententiam* promulgari, dicentem: quotquot estis, *nihil estis* &c. ergo nemini eo in statu in mentem venire potest, vt meritum collocet coram Deo in *sui desperatione*, aut confidat absolui *propter* contritionem suam, nedum propter leuiorem aliquam *attritionem*. p. 75. 143. 170. 174. sq. 322 687. Vnde ad *naturam* pœnitentiæ, quatenus huius *terminus ad quem* est peccatorum remissio, practice indagandam, remittitur in doctrina de fide, tanquam *altera* parte conuersionis p. 170. 173. 180. nec non cum ostenditur, quam cognati loci sint, doctrina pœnitentiæ & doctrina iustificationis p. 27 71. 171. 687. 709. tumque magis intelligi potest, quid sit *fides*, quam prædicat euangelium, cum *opponitur* ita contritioni ac mortificationi, p. 171. vt ne aditus ad promissiones præcludatur, sed pateat, quam primum permittit ordo pœnitentiæ. Luc. 15. 7. 10. c. 3. 3. 4. c. 23. 28. 34. 43. 48.

p. 320.

B 2

§. XIII.

§. XIII.

Porro quia peccator perterritus verbo *legis*, fide diuinitus accensa ex *euangelio* solo (vnde & fides orta est) confugium habet: innotescit animo nostro *discrimen* legis & euangelii, circa quid vtrumque proprie versetur, & quid vtrumque praestet. *nam iustitia euangelii, quae versatur circa promissionem gratiae, gratis accipit iustificationem & viuificationem* p. 137. Sed lex non iustificat, donec nos accusare potest. Non igitur iustificat, quia lex semper accusat. p. 89. 68. Rom. III, 19 20. IV, 14. Lex enim requirit a nobis opera nostra & perfectionem nostram, sed promissio offert nobis, oppressis peccato & morte, gratis reconciliationem propter Christum, p. 68. cogitetur modo, Christum non esse frustra promissum, exhibitum, natum, passum, resuscitatum. Cogitetur, promissionem gratiae in Christo non esse frustra praeter legem, & extra legem factam statim a principio mundi, Gen. III. p. 123. quid alias opus est euangelio? *Causas* fugitiuo oculo absit vt contemplemur, ob quas a lege ad euangelium, ob ipsam naturam legis, reuocamus conscientias. p. 138. 175. sq. *AE.* 13, 38 39. *Rom.* 7, 4. 10. 24 25. *Gal.* 2, 19.

§. XIV.

Non vtiq; fit istud eo animo, quod iustificandus parvi habere sententiam legis, aut legi, tanquam regulae viuendi, renunciare queat; *Rom.* 7. 12. 6. *AE.* 13, 16. 24 - 26. 38 40. *sq.* *Luc.* 22. 32 62. *Matth.* 26, 28. 75. Sed ideo fide se conuertit ad euangelium, quia *ius legis* submississime agnoscit, imo cum sollicitate quaerit mens afflicti in conscientia; *quatenus* fides iustificet? respectu legis certa esse vult: vnde hoc habeat fides, quod *saluo legis honore* aliunde iustificat? quid sustulerit illud *ius legis*? quo debeat *chirographum*? vnde fides impetret *novam illam sententiam, quae abolet priorem*, conuiescente lege? p. 79 93 112. 169. 507. Quomodo *lex* hanc quasi appellationem admittat, & quo pacto consentire possit in expeditionem fori, deductum vide sis in libello meo von der Erlösung p. 48. 1q. 248. ed. Hal, *Rom.* 3, 31. c. 10, 3 4. 13. *sq.* c. 8, 1. 2. *sq.* 7. 6.

§. XV.

§. XV.

Quinimo ideo *iustificamur*, ut iusti bene operari, & *obedire legi Dei* incipiamus, quippe quos Filius Dei *eam ob causam* redemit, ut *legem Dei* diu noctuque meditemur, atque in eius obseruatione nos assidue exerceamus. Etenim ne primi quidem nostri parentes, etiam ante lapsum, prorsus *sine lege* vixerunt: quæ certe cordibus ipsorum tum inscripta erat: quia Dominus eos *ad imaginem suam* creauerat, p. 134. 389. 595. & qua nunc ex virtute viuificati fide incipiamus & pergamus normam legis sequi, ut *possimus* diligere Deum, verbum Dei, obedire Deo in afflictionibus, ut *possimus* esse casti, diligere proximum &c. Rom. 3, 31. non frustra toties inculcatur p. 68. 80. 83. 85. 94. 100. 101. 115. 122. sq. 320. 504. 595.

§. XVI.

Ac proinde intelligunt piæ mentes, *naturam fidei* quantum est, esse *mere euangelicam*, quia *nata* etiam est *ex euangelio*, ut iam diximus §. 8. 9. 10. neque tamen turbare iustum vsum legis, vel exercitia quotidianæ poenitentiae, quia *in tali subiecto* habitat, quod non est in hac vita comparatum aliter. §. 11. 14. 15. Vtriusque membri respectu talem fidem agnoscimus ESSE NOVAM CREATURAM: quia *regeneratio fit fide in poenitentia*, necessario coniuncta cum *perpetua mortificatione vetustatis* p. 138. 192. 168. sq. 701. 71. 109. vti clare docet Scriptura 1. Ioh. V, 1. Gal. VI, 15. coll. V, 6. Repeti tamen possunt, quæ de discrimine *legis* scripsimus §. 12. 13. Possunt quoque in antecessum legi, quæ sequuntur §. 31. 39. 41. 50.

§. XVII.

ESSE REALISSIMUM QUID: ut enim terrores peccati & mortis non sunt tantum *cogitationes intellectus*, ita nec fides ad illos relata, quæ *opposita* iuxta se posita magis elucescunt. p. 125. 171. Hinc ad fundamenta *experientie* spiritalis confessores nostri p. 17. 63. 66. 89. 179. prouocant, & *veram* illam in nobis immutationem animaduertunt, p. 71. 378. 701. quod *vere* viuificet & *vere* sustentet fugientem vitam in con-

tritione. p. 141. 169 De fructu insignes sunt textus, utrique membro respondentes Rom. 6, 8. 14. 23. c. 7, 24. 25. c. 8. 2. de *realitate* vero in ipsa apprehensione gratiæ infra §. 28.

§. XVIII.

ESSE DIVINISSIMUM QUID, seu diuinam potenti-
am, p. 103. sq. & rem supra naturam p. 124. ne quis somnier.
Glaub, glaub, wie bald kan ich glauben? etc. ut illo in loco habet
apologiæ textus in lingua nostra vernacula. Rem etiam esse
ex ipsa diuina sua origine fecundissimam, efficacissimam in
corde, feracissimam diuinorum motuum *sursum* respicien-
tem ad Deum, crescentem in exercitiis pœnitentiæ & *reali*
confessione diuinæ efficacæ, quæ & in honorem ac amorem
Dei in omni vitæ genere rite ac sponte profilit ad quæuis o-
pera charitatis veræ, & vim suam celestem diffundit in om-
ne, quod est præ manibus. p. 11. 35. 68. 83. 86. 108. sq. 116.
sq. 126. 134. 140. 701.

Eph. 1. 3. 7. 13. 19. Rom. 1, 16, 17. Ioh. 6, 29. 30. 33. 40. 50.
52. 54. c. 7. 37. 38. 39. Act. 2, 37. 44. 47. c. 19, 4. 18. c. 24. 14. 15. sq.
1 Cor. 1, 9. 21. sq. 2 Cor. 4, 13. Philipp. 1, 29. Philem. v. 6. Tit. 3, 3.
4. 8. 9. 14. 15. Matth. 6, 9. 12. 15. c. 5, 3. 9. 24. c. 4. 17. c. 3, 5. c. 1,
21. I Ioh. 5, 1. 4. 5. 10. 14. c. 4, 10. 16. c. 2, 1. 12. 15. sq.

§. XIX.

ESSE MVNDISSIMUM QUID, tum ratione pœnitenti-
æ, in qua oritur, tum euangeli, ex quo est. Nam veri ter-
rores, veri dolores animi *non patiuntur* corpus indulgere vo-
luptatibus: & fides non potest stare cum peccato mortali.
1 Ioh. V. 1. coll. III, 9. 2 Petr. 1, 1. 5. 8. 9. sq. LL. symb. p. 336.
188. 71. 81. sq. 86. 101. 591. 328. 698. 706. Non vult etiam in-
quinare animum vilo sui ipsius respectu, aut cointuitu. Pu-
rissima est hæc mentis abstractio, qua purior, realiorque non
datur. p. 683. 687. 691. 279. 2 Cor. XI, 2. 3. Gal. II, 6. 20. 21. IV,
9. 19. V, 1. 4. 9. sq. Act. XV, 9. 11. Luc. XV, 2. 7. 10. 19. 24. 32. X, 20.
23. 29. 41. 43. Ioh. VIII, 21. 24. 30. 31. 34. 45. 46. Luc. XII, 9. col-
lata ibi vulgata Lat. & v. 13. 14. Luth. T. 4. Ien. L. f. 392. b. 394.
b. T. 3. in Gen. f. 203. §. vera. it. in c. 53. El. p. 34. 39. 43. (edit.
Hal. 1713. §. XX.

§. XX.

Esse DISTINCTISSIMUM & singularissimum quid. Nam hæc fides, quæ iustificare hominem peccatorem dicitur, proprie cum Deo agit de reconciliatione, p. 72. 100. 102. sq. in proprio suo hoc officio circa humilem apprehensionem oblatæ in euangelio *miseri cordiæ* versatur, in oppositione ad *miseriam* p. 10. 19. 121. 137. 166. Rom. XI 31. 32 In hac vna conspicitur reconciliatoris officium p. 82. 139. 337. 692.

Verissimum igitur est *verumque*; ET, quod fide tantum accipiatur absolutio, *quatenus* apprehendit Christi meritum, *tantum* propitiatorium; ET, quod non sit vera fides, nisi ea, quæ vult a Deo ut iustificari, ita inde & sanctificari & gubernari p. 117. Chemn. P. 2. L. L. de formali fidei iustif. f. m. 251. b. Seb. Schmid, repet. F. Capp. p. 266. & in Epist. ad Ebr. p. 1290. lin. 3. p. 1278. 1302. Luc. 7. 47 - 50. Matth. 18. 5. 6. 10. 11. 14. 1 Petr. 1. 2. 5 - 8 - 21. sq. 1 Ioh. 2. 12. sq. Act. 26. 18. 27. sq. Gal. 5. 5. 6. 22. sq.

§. XXI.

Plura sunt alia, quæ deduci ex præmissis possent. Sed relinquimus illa meditantium arbitrio. Ad rem accedimus propius. Nempe fides, quæ credit, necessario aliquid habet, quod credat, & cui innititur, sentiens, aliter cum Deo agi in iudicio non posse, quam *per suum ipsius verbum*, p. 72 sq. 83. 113. 540. Inde patet, veram fidem non posse quidem, quamdiu talis est, ullam Dei notitiam contemnere, ferri tamen heic pro no nisi ad *proprium* suum & *speciale obiectum*; quod tale esse debere animaduertit, ut sit *ab ipso Deo positum*, & sibi destinatum in *propitiatorium* pro peccatis, & quod possit esse *pretium* rei tantæ. Ioh. 1. 29 - 36. 7. 12. 13. c. 8. 21. 24. 31. 51. 52. c. 9. 35. 41. c. 17. 8. Act. 4. 12. c. 10. 43. c. 17. 3. 11. 12. c. 13. 33. 39. Rom. 10. 4. 14. sq. Reliquis obiectis sic vtitur, ut conuertat omnia in succum & sanguinem, & ad sui confirmationem grato animo acceptet. Quare ut fides hæc proprie est fiducia, quoniam versatur circa cor erigendum in paucibus conscientiæ: ita est *speciale quid*, quia in quæstione speciali de reatu peccati-

catoris, opus est unicuique in indiuiduo, vniuersalium promissionum speciali applicatione in corde, ad speciale obiectum, ex speciali gratia & operatione Spir. S. apprehendendum, Apol. p. 203. l. 24. de qua fide *speciali* multa p. 68. 168. 171. sq. 175. 203. quo pertinet, ne quis hic ignaue confidat in fide ecclesie, pag. 228. 250. 265. 269. vel in fide aliorum. Ipse ego iubeor agnoscere peccata: Ipse ego iubeor confugere ad promissionem. De fide *vrente* agitur: ergo & eatenus de fide speciali, quae *vritur* beneficiis Christi p. 68. scilicet eo *vrendi* sensu simplicissimo, purissimo, humillimo, qui ibi legitur, & porro a nobis vindicatur. §. 25. 31. 40.

§. XXII.

Quae de *notitia*, *assensu*, & *fiducia*, distincte doceri in scholis solent, ex iisdem fontibus illustrari possunt. Nam id eo ostendimus supra, *quomodo contingat fides*, ne quis putet, nos de otiosa aut vaga notitia historiae loqui p. 71. Wie es zu gehet? Wie ein Herz anfahet zu glauben? wie es zum Glauben kommt? reddit D. Justus Jonas (confer hanc in rem monitum quoddam homileticum Lutheri T. 7 Jen. G. f. 3. b.) Wenn man ihnen von dem Glauben jaget, so spotten und lachen sie, sprechen: ob man sie für Türcken oder Heyden halte, daß sie den Glauben allererst lernen sollen. Luth. R. Post. Ep. am G. nach dem C. item Trin. f. 459. §. es sind 663. a. edit. Berol. Vbi notandum; cum tali notitia *historiae* remoueri ibidem etiam *dogmatum* otiosam notitiam p. 140. qua acquiescere hodie multi solent, eamque in praxi pro fide saluifica habere. Varen. P. 1. pro Arndio p. 163. 144. Io. Cnopius in epistola, quam A. 16. 7. ipso Iubilaei Evangelici die Reualis scripsit ad Arndium. (Nos quidem, qui hanc dissertationem iam recognoscimus, instante nouo Iubilaeo Evangelico, toto vouemus pectore, vt propitio Christo redeat nobis memoria secularis 1717. non ingratis in diuinam de fide doctrinam.) Arndius ipse ad Menzerum. Cellis. A. 1620. d. 23. Oct. Hinc æque sollicitate quam vrgent confessores nostri, *qualis* sit fides, quae iustificat p. 11, 71. sq. tam sollicitate vrgent etiam, *qualis* esse debe-

at

Jubel-Zeug-
nis vor der
versammel-
ten Univer-
sität in Halle,
gedruckt A.
1718. in Ver-
legung des
Baysenhaus-
ses A. 1718. p.
50. 51. 117. 135.

at *notitia*, quæ ad hanc fidem specialem se referat in vfu speciali. non *qualis* est in impiis & diabolo p. 18. 26. 124. 108. 168. 135. sed quæ cum *seria agnitione* peccati & naturalis nostræ *advantias* coniuncta est p. 12. 675. 711. & tendit ad veram *cognitionem* mediationis p. 68. 79. 585. Pretium rei tantæ *nosse*, vera est hominis peccatoris *eruditio*: quo in studio cognoscendi intuemur *causam finalem* historię de Christo p. 69. 495. Ioh. 12. 46. sq. c. 8. 24. 31. 51. 52. Quid mirum, si cum tali *notitia* fides ipsa arte cohæret, & hæc Christi beneficia *sic nosse*, proprie & vere est credere in ipsum? p. 79. Similiter res necessario se habet cum assensu, quem propriissime & amplissime acceptum, ac ad obiectum speciale relatam, cum *fide* ipsa in vfu coincidere, facile intelligitur, quia promissio misericordię in Christo, cui *assentiri* contritus iubetur, non potest *accipi*, nisi fide; vt demonstratur p. 68. 81. 88. sq. 124. sq. Fiducia denique incumbit in *effectum* historię p. 18. nihilque aliud in corde suo patitur, quo confidat, quam humilem intuitum obiecti ad expiationem sufficientis, ab ipso Deo peccatoribus anxii in asyllum constituti. fatentur Doctores Academici, *notitiam* & *assensum* in iustificandi actu non *seponi*; addunt tamen, fidem, quod iustificat, præstare vnice per fiduciam. (confer infra §. 39. & supra thesin 9. circa finem.) Ioh. 11, 26. 27. c. 20, 31. Act. 8, 30 37. c. 24, 14. c. 26, 27. sq. 18.

§. XXIII.

Assequimur & nunc, quid sit hoc loco *apprehendere*. Ea enim fides *concluditur* iustificare, quæ in *pœnitentia* *apprehendis* *promissionem gratiæ* p. 141. 173. 675. & Deus non potest *apprehendi*, nisi per suum *ipsius* verbum, nec Christus, *tantum* mediator, nisi fide p. 72. 74. sq. Remissio pœnæ frustra quæritur, nisi cor prius apprehenderit remissionem culpæ p. 114. Hæc apprehensio fit *intra animum*, seu *corde* p. 406. 558. Sed quia iam non nisi *aliena* iustitia per apprehensionem peccatori debet reddi *propria*, fertur hæc apprehensio quoad *meritum* apprehendendum, *extra se*. Vel: tota iustitia no-

C

fra

stra *extra* nos, hoc est, *extra* omnium hominum merita, opera, virtutes atque dignitatem quaerenda, quinimo praeter ipsam legem & *extra* legem p. 123. 695. Adeo *extra* se (hoc sensu) ducitur seu fertur corde in Christum iustificandus, ut fides non propterea iustificare censeatur, quod ipsa tam bonum opus, tamque praecleara ipsa virtus sit, sed quia & quatenus in promissione euangelii meritum Christi apprehendit & amplectitur p. 70. 76. 684. Vide infra §. 29. 40. 48. Arndt. L. 2. de V. C. c. 3. §. 1. - 3. 7. sq. L. 1. c. 5. §. 5. sq. c. 30. §. 1. & eiusdem repetit. apolog. l. 1. c. 3. Hulfem. manuale p. 96.

§. XXIV.

Magis magisque elucescit indoles fidei, quae iustificat, cum ad id, quod apprehenditur, attendimus. Cogitemus igitur, (1) apprehendi *promissionem* seu verbum *promissionis*. Alioqui quorsum opus erat *promittere*? Certe ratio sumta *ex natura promissionis* apud Paulum praecipua est & saepe repetitur. Neque excogitari neque fingi hic quicquam potest, quo hoc Pauli fundamentum euerti queat. Manifesta *ἀπὸ δεξιῶν* est, cum iustificemur *ex promissione*, quod necesse sit fidei tribuere iustificationem. Quid potest contra hanc *ἀπὸ δεξιῶν* opponi? p. 76. 123. 67. Cogitemus (2) fidem apprehendere *satisfactionem* in promissione. *Ex viroque*, nempe ex promissione & donatione meritorum, oritur fiducia misericordiae. *Talis* fiducia promissionis diuinæ, item meritorum Christi, debet offerri ad orandum p. 226. Quoties igitur de fide iustificante loquimur, sciendum est, hæc obiecta concurrere, promissionem & quidem gratuitam, & merita Christi, tanquam pretium & propitiationem, quia oportet esse aliquam certam propitiationem pro peccatis nostris p. 69. (3) existimamus *ἀποστῆναι τὴν* esse, quod promissio non possit accipi nisi fide. p. 67 69. sq. 74. 92 102 113. 123. quod sola inde fide accipiamus *remissionem peccatorum & Spiritum S.* p. 76. 71. 79. 692 686. Eadem cum apologia verbotenus ipse Ferus adhibet in Gerh. confess. cath. T. vlt. pag. 545.

Porro & apparet, quam serio, quam pure & mere euangelice circa suum *obiectum* versetur fides. *Obiecti* vocabulum hac in meditatione non respicimus quidem pag. 69. seq. 84. Sed ne subsistat quis in scholastica agitatione, sciendum est, quæri sollicitè de obiecto fidei *viuentis* iustifico, in *oppositione* ad obiectum iræ & condemnationis, animurnque vere credentis illo obiecti iustifici *intuitu* ita affici intra se, ut in *re ipsa* hæreat. Ita ut *Christus sit obiectum fidei, imo non obiectum, sed ut sic dicam, in ipsa fide Christus adest*, Lutherus ait, Comm. in ep. ad Gal. c. 2. v. 20. Idem ad Brentium: Ego *solleo, mi Brenti, ut hanc rem melius capiam, sic imaginari, quasi nulla sit in corde meo qualitas, que fides vel charitas vocetur: sed in loco ipsarum pono ipsum Christum, & dico: hic est iustitia mea, ipse est qualitas, & formalis (ut vocant) iustitia mea (infra §. 54.) ut sic me liberem & expediam ab intuitu legis & operum: imo ab intuitu OBIECTIVI istius Christi, qui vel doctor vel donator intelligitur. Sed volo ipsum mihi esse donum & doctrinam per se, ut omnia in ipso habeam.* Idem plane si bi vult locus Ambrosii, qui in apologia legitur p. 268. *Ad eum, inquit, accedite, & absolimini, quia (is) est remissio peccatorum.* Er ist die Vergebung der Sünde, reddit I. Io. nas. Eodem inter alia tendit apologia, dicens, quod *fides* (relatiue scilicet considerata, non abstractiue) sit *ipsa iustitia* p. 76. conf. p. 220. lin. 23.

Non possum, quin adiiciam, quæ de *usu iustitiæ Christi* circa vocabulum *obiecti*, Lutherus iam T. 2. Ien. Lat. admonuit. *Modo vites, inquit, somniatores Sophistas, qui Christum nobis sic iustitiam & sapientiam faciunt, ut semper vel obiectum, vel causam iustitiæ nostræ statuant, VSVM vero eius, qui est per fidem in eum, penitus ignorantes &c.* p. 110. b. 229. b. T. 4. f. 43. b. 75. b. 374. a. Nam locus hic Lutheri reuocat nobis in memoriam illos textus symbolicos, qui probant ex *Scripturis*, id hic non esse *Christo vti*, dicere, quod *Christus*

H. Hopfn.
Tr. pr. de S.
cena p. 89.

L. I. §. 128.

nobis meruerit *habitu* dilectionis, qua postea *ipsi agamus* in Dei iudicio p. 62. 74. 102. 139. sq. 187. Sed si ante omnia confidamus solide & pure, quod propter ipsum, tanquam mediatorem, certo velit nobis Deus placatus esse p. 62. 72. Neque id est recte uti hoc obiecto, si quis frigida cogitatione *obiectum* hoc speculatur, tanquam verum, aut in eo, ceu *delectabili* bono, aut utili ad parcendum *sibi*, delectatur; & quæ alia, ad vocem *obiecti*, ipsi notant Academici. G. Mylius parte I. A. C. p. 286. Hulfemannus man. A. C. p. 870. & opp. posth. p. 156. sq. B. Carpzovius Ifag. p. 76. 206. 209. 222. sq. 230. *Internum* animæ obiectum vocat Taulerus nom armen Eben Christi.

§. XXVI.

Singula hæc omni ex parte *fundamentum* habent *in re*; quibus si probe subegeris & innutriueris animum, introspicias & consenties eo melius in *vim* aliarum doctrinarum, & formularum etiam loquendi, quæ & quatenus docendi causa, suo quævis loco, inter nos obtinent. Supra iam §. 2. 3. sq. innumus, ad quæstionem: *quomodo* fides iustificet? posse & responderi proxime, quatenus iustificet. Magna certe cum *emphasis* toties legitur in *apologia* præcipue A. C. *quomodo* hoc intelligi debeat, quod fides iustificat? p. 71. sq. *quomodo* contingat remissio peccatorum, & *quomodo* fiat iustificatio? quia iustificatio non est certi operis approbatio, sed *totius* personæ p. 101. sq. 494. *quomodo* in remissione culpæ liberetur cor ab ira Dei, & *quomodo* certi reddamur de remissione peccatorum? p. 175. 192. *ῥεῖρον. Act.* 15, 11 9. Similiter magnum quid est, cum *Apologia* negat, Iacobi 2. cap. *modum* iustificationis, de qua loquimur, describi. p. 109. alibi autem *modum* describi affirmat, *quomodo* in *contritione* recreemur p. 170. Maxime dignum notatu est, cum dolet, omitti locos *Pauli* classicos, in quibus *ordine* disputat de *MODO* iustificationis p. 101. seq. Quod ipsum postea observatum fuisse legimus. Quando enim de fide agitur, *quomodo* videlicet *ea* iustificet, hæc est *ea de re* Pauli doctrina, quod sola fides iu-

stifi-

fiſicet ſine operibus, *quatenus* nobis Chriſti meritum applicat & communicat. ita F. C. ad textum apologiæ d. 2. cap. Iac. p. 693. Cum quæritur *unde* fides hoc habeat, & quid requiratur, *ut* iuſtificet & ſaluet? *tum* falſum erit, ſi quis dicat, fidem, *quatenus* charitatem, qua *formetur*, coniunctam habet, iuſtificare. Fides enim *tantum* eam ob cauſam iuſtificat, & *inde* vim illam habet, quod gratiam Dei & meritum Chriſti in promiſſione euangelii, *tanquam* medium & inſtrumentum, apprehendit & amplectitur. F. C. ibidem p. 693. ſq. Chriſtus autem non apprehenditur, *tanquam* mediator, niſi fide. p. 74 (quem loquendi modum ſymbolicum iam adduximus §. 23.) Et allegare nomen Chriſti, & confidere nomine Chriſti, *tanquam* cauſa ſeu pretio, propter quod ſaluamur. p. 79. Tam apte connectitur & *fundamentum* ipſum & *ordo* ſalutis!

§. XXVII.

Quantum autem *quatenus* in A. C. & Ap. hac in materia non legatur expreſſe, quantum nos quidem obſeruauimus; ac adeo lubenter agnoſcamus, potuiſſe alicubi fieri, *ut* quis *animo non malo* hunc loquendi modum prætermiſerit, vel etiam *quatenus* retulerit modo ad qualitatem *ſubiecti* deſcribendam, pro diuerſo ſcopo tractationis, cætera circa ipſam rem puriſſimus; *artamen* vis ipſa reſtriſtionis ſeu relationis præſentis, omnino inſinuata & propoſita habetur *ibidem* vberime. Vix enim aliud, quam hoc ipſum vult A. C. quando p. 10. fidem deſcripſit, & HANC fidem, *deſcriptis* ſubiungit, *imputari a Deo pro iuſſiua coram ipſo*. Et *ut* HANC fidem conſequamur, (pergunt Auguſtiani confeſſores) *inſtitutum eſſe miniſterium*. *ibid.* Nam emphafin hanc pronominis demonſtratiui Melanchthon in apologia p. 68. 121. 166 71. 133. ſq. copioſe confirmat. *Act. 26, 17. 18 r̄c. 20. 21. r̄v. 27. 28. c. 14. 27. c. 15. II. r̄ns. Gal. 1, 15. 16. 23.* Deinde *quatenus* eo tendit p. 87 94. 131. 133. 166. ſeq. 643. ſiquidem & *quatenus* adhibetur aliquoties cum ſingularibus remotionibus.

accomm. p. 707.

v. c. *fides non IDEO iustificat aut saluat, QVIA ipsa sit opus per se se dignum, sed tantum QVIA accipit misericordiam promissam* p. 70. 76. coll. 684. Porro *τὸ quatenus* latet sub eo, cum fidem & promissionem *correlatiue* inter se connecti expresse legitur p. 69 129. & quoties de fide loquantur, intelligi velle *obiectum* fidei p. 70. *quia* iusticia Christi donatur nobis *per fidem, ideo* fides est iusticia in nobis *imputatiue* p. 125. Denique cum fatetur *apologia*, dilectionem & opera esse iusticias legis *quatenus* sunt impletio legis, & eatenus hanc obedientiam legis iustificare iusticia legis p. 93. darum wäre es wohl wahr, daß die Liebe uns gerecht mache, wenn wir das Gesetz hielten, wie das Gesetz gebeut; vt in versione apologiæ Germanica circa illum textum habetur: ex illo, inquam, *quatenus & eatenus*, (quod tamen hominem ex lege iustificari volentem desituit) sequitur nihilo minus posse ex opposito dici, *quatenus* fides iustificet, *quia* videlicet sola fide accipimus remissionem peccatorum & reconciliationem *propter* Christum, vt est ibidem p. 94 & infra § 50. Ne dicamus, in A. C. p. 10. *τὸ propter* Christum & *τὸ per* fidem accurate distinguui: quam *ἀνελθεῖαν* distinguendi repetitam videre licet p. 115. 296. 279. cum hac explicatione, quod *tantum* mediator Christus *per* fidem opponendus sit iræ & iudicio Dei p. 100. 87. 75. Vnde illud Græcum: *διὰ τὴν μετὰ τὴν πίστιν, & διὰ τὴν πίστιν*. Ne multum etiam dicamus de vñu particulæ *ita*, quæ legitur p. 75. III. 122. 173. nec de particulis *ὅτι*. Ioh. 3. 14. 18. 36. *ὡς ὅτι*. 2 Cor. 5. 19. sq. vbi iterum & *fundamentum* ipsum & *ordo* salutis emphatice constringuntur, ita tamen, vt omnis confusio euitari possit,

§. XXIIIX.

Ne quis vero suspicetur, captari a nobis otiosas subtilitates, proferemus porro vnum vel alterum exemplum Scripturæ sacræ, quod rei *ἀνελθεῖαν*, & *abstrahendi* veram dexteritatem comprobet. Rom. IV, 4. 5. *τὸ ἐργασεῖσθαι* respectu fidei simpliciter remouetur, quatenus quæritur de spe gloriæ

πρός

Insinuatio
RERVM
magnarum
sub vñu for-
mularum.

πρὸς τὸν θεὸν v. 2. de imputatione *fidei* in iusticiam v. 3. 4. seq. ne villo modo derogetur quid efficaciat τὴν κατὰ χάριν v. 4. 16. confer. Rom. XI. 6. 32. Ergo hæc est ipsa pura indoles fidei, quod causam suam πρὸς τὸν θεὸν non agit *aliter*, quam credendo, omni vllius suæ operationis respectu fideliter humillimeque remoto, Lutherus τὸ ἐργάζεσθαι significanter reddidit: mit Wercken umgehen. Ipse Paulus ibidem reddidit δῶκεν δικαιοσύνην ἐξ ἔργων, ὡς * ἐξ ἔργων Rom. IX, 30. sq. E contrario fides hæc versatur circa meram gratiam, gehet mit Gnade um. Vnde sequitur, fidem non posse ibi versari circa seipsam, tanquam circa opus p. 70. 76 684 693. Neque tamen sequitur, ex fide sic reddi rem plane nullam; quod sequi inde putat Bellarminus l. 1. de iust. c. 17. si reuera nihil faceret in ordine ad iustificationem, sed tantum acciperet indulgentiam. Nam reale quid est & manet illa *acceptio* indulgentiæ, auida illa apprehensio gratiæ 1 Thess. I. 3. 2 Thess. I. 11. coniuncta cum reali abnegatione τὴν ἐργάζεσθαι. Vera est hæc contriti cordis affectio, realissima animæ facultas, proponens Deo Christum sibi datum, & propter eum *constituens* sub notitia & assensu, quod Deus gratis ignoscat p. 70. l. 28. p. 98. l. 12. p. 257. l. 12. confer § 17. 19. Imo vero ita defendimus, quod *proprie ac vere ipsa fide propter Christum, quem fides apprehendit*, iusti reputemur p. 73. 76. sq. ** Ac vel ideo fides in hoc foro nulla ratione versatur circa τὸ ἐργάζεσθαι, vt fides maneat, quod est, nec *inanis* reddatur Rom. IV, 14. quo solo respectu fides *virtus* hic insignitur per mesin p. 103. 140. vide supra § 23. & de cetero etiam Gerhardum lege medit. 12.

* Eadem *Emphasi* vocula in toties adhibetur c. 2 & 3. epist. ad Galatas. Ita ad interrogandi illam particulam πῶς, quæ Rom. IV, 10. ex eodem puritatis tuende studio profluxit, *conferri iam potest particula reduplicativa ὡς*. Respice etiam, si placet, quæ de illo πῶς quomodo abunde diximus supra §. 2. 3. 4. 26. 27. Accommodare etiam huc licet vsum vocula ὡς Matth. VIII.

VIII, 13. XV, 28. καὶ Matth. IX, 29. Hebr. XI, 7. 13. Philipp. III, 9-14 &c.

** König th. pos. P. 3 §. 550. Hæpfneriana dissertatio de actibus fidei iustificandis, quatenus illa iustificat, Gryphiswaldie A. 1704. noue edita p. 7. sq. 18. a. 22. sq. Item illa Ioh. Arndtii epistola Latina, Cellis d. 28. Nou. 1617. scripta ad G. Colemannum.

§. XIX.

2 Cor. XI, 3. laudatur ἡ ἀπλότης ἢ εἰς τὸν Χριστὸν, simulque monetur, ne patiamur ab ea simplicitate auerti & sic corrumpi τὰ νοήματα ἡμῶν. qua dictione non potest non commendari omne id, quod facit, vt ἀπλῶς a primo inde Christianismi principio intueamur εἰς Χριστὸν, quin & ἀγνώστως v. 2. Atqui simplicitatis Christianæ summum caput est; auertere oculos a se ipso; quod æquissimum est; quia non possumus nos ipsi iustificare, ipsi nos absolueret p. 67. & fixis oculis vnice intueri in Christi faciem. de quo simplice conspectu p. 28. sq. 92. 93. 103. III. 113. 127. 129. 176. Das wäre nun die Kunst, daß man lernete weit scheiden und von einander werffen unsere Weisheit, Vernunft, Werk und Vermögen, und diesen Artikel von Christi Werken und Amt, daß sie (jene) nicht in meinen Glauben und Zuversicht des Herzens kommen. Ich will kurz nichts wissen von meinen, noch einiges Menschen Werken, wenn es glaubens gilt; da kommt ein ander Gesicht, und thut andere Augen auf, daß man gewahr wird, wie es alles verlohren ist, mit alle unserm Thun, und allein den Mann müssen haben, darauf wir trauen vor Gott zu bestehen. In diesem Kreis, da wir Christen hin gehören, und in der Schulen, da wir Christum lernen, wollen wir gar nichts disputiren von uns, was wir gethan und nicht gethan, oder noch thun und lassen sollen, sondern worauf unser Glaube stehen soll, und gar auffer uns allein in diesen Artikel treten, und lernen, was der Mann für uns gethan habe, Luth. in Cat. mai. explic. 2. art. Taul. medull. cap. 37. Luth. T. 6. Ien. G. f. 68. 201. 2. T. 1. Ien. L. f. 127. b. 384. b. 385. a. T. 2. f. 490. sq. T. 4 f. 75. b. 124. b. 339. b. 394. a. R. Post. Pfingst. p. 253. b. §. darum 663. a. §. siehe F. Steph.

F. Steph. f. 227. a. edit. Ber. P. Egard. in ep. Ioh. T. 1. p. 122.
132. T. 3. p. 805. 809. in medull. p. 295.

*Respici iterum potest usus particulae us ad imbibendam
simplicitatem infantilem* Marc. 10. 15. 17. 52. 1 Petr. 2. 2. 3. 24.
25. Matth. 18. 6. 10. 11 -- 14. 35. Gal. 4. 6. 19. LXX. Prov. 3. 18.
*Scire etiam Chrysostomus ad Act. 16. 34. & ἐπειδὴ ἐσώθη, ἐυ-
φράσθη, ἀλλὰ πάντως ὡς θεῶ, coll. v. 31.*

§. XXX.

Beati Matth. V, 3. 6. prædicantur *pauperes spiritu*.
Ad quam ipsam *paupertatem* spiritualement profundius intelli-
gendam, per *quatenus* quæstio eo dirigitur: unde fides
vim illam habeat? quatenus sit in *pretio*? p. 693. 69. qualis
fiducia *offerri* ad orandum possit? p. 226 sq. Hæc certe fides
non assert ad Deum fiduciam propriorum meritorum; vt
mundus operibus suis magnum *pretium* constituit p. 68. 99.
98. Luc. 18. 13. 14. 17. 42. Quia & *indigere* misericordia in-
telligit ipsum *actum* suum apprehendendi, qua talem, tot in-
firmatibus obnoxium, p. 58. 58. 107. 129. Adeo vt fideles,
postquam fide in Christum iustificati iam sunt, diligant qui-
dem Christum; quatenus vero peccata sibi adhuc adherere,
eorumque se *venta indigere* existimant, nullo alio fiduciæ ge-
nere cum Deo agant, & semper eodem, quo prius, animo ad
promissionem recurrant, pacem ex iustificatione sola semper
fide renouent p. 90. 100. 134. Non sentiendum est, quod fides
in irio tantum iustitiam & salutem apprehendat, *postea vero*
officium suum operibus resignet, vt ea deinceps salutem con-
seruare debeant, p. 706. quia Christus ipse non desinit esse
mediator, quo perpetuo sustentemur, p. 90. 127. & si quid be-
ne sit, Deo placere censemus, non *quia legi* satis facimus, sed
quia sumus in Christo p. 85 sq. 596. 723. Imo & in statu iusti-
ficationis sub omni, quem Deus indulget, triumpho striete
retinetur & continuatur primitiua submissio; quippe quæ fi-
dei natiua prorsus est. Gal. 2. 20. 5. 5.

Commendatur etiam per geminum illud *παρ' ο*, quod Gal. I, 8. 9. legitur, christiana cautio, ne in tam arduo negotio *transferamur sensim in aliud euangelium* v. 6. aut *praeter* illud affui quid patiamur, multo minus *contra* illud, quo Christi *forma* genuina immutatur, aut gratiae in Christo puritas eneruatur. Gal. II, 21. IV, 19. V, 4. p. 65. 77. 127. 279. 296. 347. Ideo & nos *praeter* illum respectum, quo fides iustificat propter solum Christum, euangelice consideratum, nullum alium admittimus, aut commisceri quomodocunque sinimus, *quia sine hac augeſcia non potest officium Christi conspici, & reliqua doctrina iustificationis est tantum doctrina legis* p. 139. *a statu cause in alienum negotium, quod ad hanc quaestionem prorsus non pertinet, abstrahi nos & implicari nolumus* p. 689. 587. Et si lex & euangelium mutua sibi inuicem praestant officia: confundi tamen non possunt, nisi simul totum corpus doctrinae & praxeos dilaniare velimus. 2 Tim. II, 15. p. 95. Ipsa de Christo concio adhuc legalis est, quoad passio & mors Iesu Christi tantum *iram* Dei atque odium aduersus peccata ostendunt: & sunt haecenus alienum opus Christi; accessuri ad *proprium* suum officium. p. 594. 712. Ergo non iustificatur peccator, quatenus Deo offert *legalem* vsum historiae de passione Dominica: non, quatenus consideratur *exemplum* obedientiae Christi (adeoque & multo minus, si quis penitus id tacere, vel ab eo sese *eximere* velit Luth. T. 1. Ien. L. f. 439 a. Seck. hist. Luth. L. 3. f. 120. n. 22. f. 237. sq. d.) non, quatenus cogitat quis Christum, *ut* eum, qui nobis meruerit, *ut & nos* vere mereri queamus: non, quatenus opera *sua* proponit *una cum* virtute passionis Christi, ex qua efficaciam illa participant: non, quatenus ex obedientia legis *praesupponitur* proprie ad effectum hoc vel illud; & quicquid speciose effingi sub nomine Christi potest, quod *praeter* respectum Christi, pure euangelicum, in societatem fiduciae venire confidat: Sed iustificatur *peccator* vni-

supra § 25.
infra § 55.

ce, quatenus in poenitentia apprehendit fide vera Christum, pro se mortuum & resuscitatum, *tanquam* saluatorem suum, & vnicum mediatorem, ex euangelio, eum in finem, ad quem iustificando datus est & propositus. p. 74. 84. 121. Euangelium enim de *Christo* in aliam plane formam transmutabitur, & Christi officium sacerdotale obruetur, si ex *Christo* legislatorem hęc, aut meliorem veluti Moysem, simul facere quis velit. p. 62. 139. sq. 142. 280. 587. 593. 696. 711. sq. Chemn. P. 1. Ex. c. T. f. 137.

Conf. disqu. de vera & falsa doctrina, recte dignoscenda. p. 21. 26. 42. 46.

§. XXXII.

Molestum vtique est carni nostrę, & sapientibus huius seculi, ita acui & remoueri aliena omnia ob seruandam puritatem respectus euangelici, (non τεχνολογικώς tantum, quod quidem solum satanas parum curat, imo ad fraudes suas eo abuti potest, sed) cum serua applicatione ad interiores motus animi. *Et vere arduissimum est, imo ipse infernus sentire, omnia apud Deum esse bona nostra, & in nobis nihil esse sitam, quo eum demereamur, placeamus aut mitigemus. Ruitque hic funditus impia illa theologia eorum, qui faciendo, quod in se est, presuntunt misericordiam Dei emercari. Annon est hoc, Deum velle mihi conformare, si buc nitar, vt mee opinioni, meo affectui, meo sensui & desiderio sese attemperet; cum contra oporteat in nihilum nos ire, & eum facere in nobis competentem sui sensus, sui voti & desiderii, hoc est, mori, damnari, & in nihilum redigi.* Lutherus T. 2. len. L. f. 164. Attamen ex magnis illis moribus, qui intus in corde nostro excitari possunt per τὸ quatenus, alia per se non oritur desperatio, nisi de propriis viribus & ratiocinationibus coram diuino iudicio efflorescit etiam sub his angustiis ex *promissionibus* diuinis noua consolatio & recreatio. p. 71. 170. l. 2. Nec potest non tandem bene esse conscientis nostris, quando sic *coguntur vnum illud* tenere meritum, vnum illud bonum iustificum, *constringit* proprie illa restrictio viscera nostra omnia *cum agno Dei*, qui vnus tollit peccata mundi. O beata mentis

Luth. T. 6. len. G. f. 42. b. 43. a. 138. a. 201. ex eoque D. Breithaupt. Inst. cr. p. 138. Inst. ag. p. 124. seq. ed r. Vfus salutaris restrictio- num.

nostræ vincula! Nostro bono retrahimur ab omni respectu
 propriorum conatum, qui sane non seruant nos p. 130. ab
 omni proprio iudicio; quod & nullum foret. quia reus non
 potest esse iudex in propria causa p. 131. Retrahimur ab
 omni respectu presentium bonarum animi dispositionum,
 propositi nouæ obedientiæ meritorii vel satisfactorii p. 61.
 81. 137 584. 587. (10) Contingere potest, vt sensus fidei
 quandoque obtundatur, & plane, quantum videtur, amit-
 tatur, quo in casu ad fontes doctrinæ tentati remittendi sunt,
 illique edocendi, quod fides non iustificat, quatenus absque
 interuallo, hoc vel illo certo modo, sentitur, vel suauiter
 reflexo & cum delectatione percipitur, sed quatenus ex pro-
 missionibus serio apprehendit salutare Dei. 1 Ioh 5 13 5. c. 3 20.
 21 23. 1. 2. c. 2, 1. 12. 13. 14. At vero apprehendere salutare Dei, ac
 pro vno animæ thesauro habere Christum, si censetur merito,
 quibus dolor summus est, se pacem Christi sui non sentire.
 Testantur ergo ipsissima hæc fidei exercitia, luctantis cum de-
 speratione, naturam fidei, vt illa primum orta est inter an-
 gones, nondum euanuisse, p. 262. 659. 672. 672 816. seq. &
 admonent, ne in bonum iustificum feramur nostra ex par-
 te, tanquam in bonum nobis delectabile, sed tanquam nobis
 vnice necessarium. Eo insuper conducit, vt magis magis-
 que opinionem operis nostri in ipsa fide vere deponamus,
 & defecatiore animo magnam fidem adulatorum in Christo
 concipere desideremus. p. 36. 86 134. 282. 285. 675.

§. XXXIII.

Applicatio
 ad harmoni-
 am.

Quicquid vero de fide, quatenus iustificat, deduci vn-
 quam potest, id omne non tollitur, non turbatur, sed suauiter
 retinetur in fide, quæ iustificat; tamen conceptus alter
 strictior, alter latior in vsu est. concedimus, necessariam esse
 iustificandis fidem talem, qualem oportet esse. Tunc autem
 fides est talis, qualem oportet esse, cum serio, & absque dolosa
 reservatione mentali, humillime tendit ad causam iustificam,
 sibi gratiose oblatam, nec præter illam querit vlla alia salutis
 me.

media. Quando ergo mens sibi talis apprehensionis fiducialis, seu præcise relationis ad *unicum* Christi meritum, est ex verbo Dei conscia; tunc homo pœnitens in corde suo firmiter nosse potest, se fidem habere, *ut oportet*, vel quæ requiritur in *euangelio* ad iustificationem præsentem. Ita recte monet circa A. C. eiusque apologiam H. Hœpfnerus *de iust.* p. 350. 363. 460. 481. & in dispp. a Rappolto editis p. 375. (ex Ambrosio) confer Hutterum in F. C. p. 398. seq. Scherz. in breuiar. Hulfem. p. 673. 678. D. Frohn. *de filo veri Christianismi* §. 15. it. *in delineatione fidei viue.* Laudauimus §. V. locum quendam apologiæ, velut compendium totius huius demonstrationis nostræ symbolicæ. Eo quidem loco *utrumque* habetur, & *quomodo* contingat fides, seu de *modo* regenerationis, & pronomen *demonstratiuum* hæc. (§. 26. 27.) Hæc fides in illis pauoribus erigens & consolans accipit remissionem peccatorum, iustificat & viuificat p. 71. 76. Nec dubitamus, quin & *demonstratiue* & *restrictiue* seu *relatiue* (secundum datam superius explicationem) intelligi oporteat illud A. C. *hanc* fidem imputat Deus pro iusticia coram ipso, p. 10. confer, quæso, p. 68. 121. sq. 166. hæc fides parit certam spem, quia nititur verbo & mandato DEI, eoque solo respectu *euangelico* vocatur *obedientia* erga *euangelium*. hæc fides facit diuinum *discrimen* inter hos, quibus contingit salus, & illos, quibus non contingit, quo de *discrimine*, contra rationis ideas, etiam cum videri vult optima, agitur p. 133. 125. sq. 72. 132. 1. 28.

§. XXXIV.

Hæc plana & perspicua sunt, & a piis intelligi possunt p. 71. 65. 142. Hi neque impugnabunt acumen salutare huius doctrinæ, si forte vnum vel alterum *scholæ* vocabulum non statim capiant, neque *suspiciantur*, turbari ab iis, qui doctrinam vrgent *de indole viue fidei*, puritatem fidei, *quatenus* scilicet iustificare intelligitur. In ipso * *actu iustificationis* fides non operatur vel agit cum Deo per *charitatem*,

Vfus harmoniæ ad modestiam in formulis obseruandam. Conf. diff. nostra de conuersione Samaritanorum, denuo edita A. 1713. p. 55. 56.

quia *tunc* ante omnia spiritali vita sua uti præcise debet ad apprehendendum eius meritum ex proprio suo atque primario officio, adeoque *tunc, cum* in nobilissimo & primo vitæ suæ usu vertatur, vim illam viuendam, ex Christo receptam in regeneratione, hoc vnice modo apprehendendi non potest non applicare, ita tamen, ut non ex vlllo suo actu apprehensionis, nedum aliis ex actibus viuat coram Deo, in foro iustitiæ sed ex solo vincat Christi merito apprehenso. Ex eo tantum ac vnice fides reportat sententiam absolutoriam. Sed hoc ipsum charitatem gignit arctissimam atque ardentissimam. Ipse populus noster canit de forma specifica fidei; des Glaubens rechte Gestalt, quo in hymno, aliisque, distinguuntur distinguenda, & coniunguntur coniungenda, ut caritati per fidem vel ex hoc ipso campus aperiantur amplissimus, optimo ordine. 1 L. b. 4. 19. 10. 15. Nouerintque boni Pastores omnem nauare operam, ne optima causa pessimo abusu deprauetur, ut potius contradictionibus ansa præscindatur. Quid vero aliud nostra doctrina esse potest in oculis impiorum, quam mera contradictoria, cum exigat & damnet opera? ita Lucherus ipse de anillogis a Fabro collectis (apud Cælestinum T. 2. f. 133.) & T. 7. Alt. f. 271. seq. T. 1. Ien. L. f. 503, a. n. 25, T. 4. Ien. L. f. 167. b. §. quare. 1 Ioh 3, 20 21. D. Lucas Osiander in epistola, quam Scutgardia scripsit A. 1594. d. 23. Aug. ad D. Ioh. Pappum, Prof. Argentor. item M. Ioh. Hier. Wiegleben noster integro libello, ex LL. Symb. collecto, qui inscribitur, alter Glaube, vel wahre Abbildung unser Vorfahren. Reuera autem hypocritæ sibi contrad. cunt, Videri vult vulgus hominum strictæ & orthodoxe sentire de fide, quatenus iustificet, & latam tamen illam viam secure decurrit cum laxioribus; idque sub larua fidei. Multi per suum quatenus, per suas restrictiones, capriose & declinatorie constringunt doctrinam de fide, quæ per charitatem efficax est; & sic nature suæ blandiuntur, quam impugnare debebant per illud quatenus, cum piis nostris maioribus.

* Li.

Liceat mihi nunc, ad finem partis I. dissertationis huius, vel unico exemplo ostendere, quam temere, quamque infelicitèr nonnemo me aggressus sit in edita A. 1701. Confutatione orthodoxa hypotheseos, quam Maioriticam vocat: Fidem in ipso iustificationis actu practicam esse. Ita habet ipse scripti istius titulus. Ius scribendi contra me petit ex disputatione inaugurali, quam de iustificatione A. 1698. habuit a Præside suo conscripta, mense Septembri. Dicit me esse Sincorum Evangelicum, Autorem des Sendschreiben an einen Sächsi. Theologum, die Materie von dem wahren lebendigen thätigen Glauben betreffend A. 1699. Nec eum me esse nego: etsi alius quidam primam manum epistola admouerat. Creditur, me scripsisse, quod Fides in ipso iustificationis actu practica sit, eamque formulam ambiguum, a se ipso confictam, explicat simul pro omni suo labitu, atque sic passim quam plurima hæreticorum nomina, vetera & noua, mihi impesuit. Iam indicet B. I. Ego iam A. 1696. scripseram in dissertatione hac: quomodo fides in ipso iustificationis actu cum Deo agat; & non agat; cur etiam ita sit. Idque scripsi libere, tot annis ante, cum nemo quicquam de vilo inter nos scriptore vel aduersario sciret super sua hac formula, cui iam totum ædificium iactantæ confutationis superstructum est. In eadem hac dissertatione mea, iisdem adhuc, quibus tum, verbis, expresse docetur, quod fides verasatis intelligat, indigere misericordia ipsi actum suum apprehendendi, qua actum, tot infirmitatibus obnoxium §. XXX. adeoque non habere se vim iustificandi ex praxi sua, vel propter praxin suam. conf. §. 22. 23. 53. Imo in ipsa illa Epistola, Germanice scripta, ne minimam quidem inuenit causam sermandi eiusmodi status controuersie contra me: alia porius omnia inuenisset, si distinctè a distinctè considerare voluisset. Relegatur, queso textus epistolæ §. 16. 22. 24. 26. sq. Sicque vno hoc obseruato, corrui tota sua structura, cum omnibus suis autoribus & commentatoribus, etiam nuperrimis.

Res esset in vado, sepe is ipse confitetur Antagonista, si Sincerus Praxin, de qua hætenus, EVANGELICAM assereret nobiscum, quam Fidei, CVM in apprehensionis Officio est constituta, hœd quaquam denegamus. Bene! non aliam asserui Praxin, quam EVANGELICAM, cum omnibus Euangelicis, eamque in finem ibi in medium reduxi locum H. Hæpferi, expresse loquentem de Praxi Euangelica, in fiduciali apprehensione Christi §. 10. Nec est vlla lineola per totam Sinceri Euangelici epistolam, quæ aliam quam Euangelicam spiraret praxin. At semper retrahit pedem Confutator, inquit, licentem omnino mihi esse de praxi LEGALI. Vnde vero hoc? ego quid in id egi omni studio, ut remouerem ex animo omnem respectum legalem, tum in hac disputatione, ut iam A. 1696. habita fuit, tum in tota epistola, quam saltem

Supra §. 31.

saltem ipse habuit præ oculis, quamque recudi (de quo gratias ipsi ago) fecit ipse. Verobique reperitur contrarium. Virobique urgeo naturam fidei, cum quo opinio legalis consistere nullo modo potest. Ac proinde neque fides, quæ iustificat, neque fides quatenus iustificat, statuitur practica legaliter. Sicque iterum non habet aduersarius, quo se conuertat amplius. Hinc, sub ipsa vindicatione Præsidis sui inauguralis, vidit utique, vocabulum Præceos & fidei, quæ practica sit, esse innocentissimum, nec iniustatum in scriptis Theologicis (etiam cum de iustificatione agunt quoad subiectum) ex iisque ipse loca plurima produxit, quæ omnia pro me faciunt, non contra me. Faciat ex aduerso periculum, & inquirat, an ante Præsidentem suum ullus eorum, quis orthodoxos agnoscat, ex fide practica eiusmodi caput controuersie erenerit, quale quidem erectum fuit in ista disp. inaugur. de iustif. §. 23. Dicat, an presumere facile audeat, quod post suum Præsidentem vultus eo modo contradicaturus sit? Dicat, quam scientiam arguat vel conscientiam, quando Præses in alia disputatione, qua laudauit hoc scriptum suum, ne intactum quidem reliquit titulum Christianismi practici, & officiorum Evangelicorum? Sed parco, & condono plures iniurias, neque hoc alium in finem adnotui, quam ut sese exploret, atque caret salutem suam, nec ulterius ex vanitate animi ita peccet in animam suam; quia dubitare amplius non potest de mala collocata opera sua, & de innocentia causæ meæ. Illos etiam, quibus bucusque re visum fuit, conclamare Sincerum Evangelicum, scriptis & concionibus, illos, inquam, publice rogo, post adhibitam a me tam diu patientiam, ne amplius alter alterum cæco sequatur impetu, sed æquis animis causam vtrinque inspiciant, & ponderent ante, quam temere ad vnius vel alterius affectum pronuncient, turbasque excitent. Misereamur ecclesie euangelicæ, prospiciamus posteritati rectius, si qua futura est, & sapiamus tandem, ac obseruemus quisque nutas diuinis præsentium temporum, & suum quisque ipse agat ante omnia, pro datis a Deo viribus. Vnum est necessarium. Scopum respiciamus sincere, cauentes quæuis diuerticula: respiciamus brabeum supernæ vocationis Dei in Christo Iesu, fugientes omne certamen pro nostra gloria, dum adhuc in via sumus. Fiat hoc a nobis omnibus per & propter IESum Christum, lucem veram! Amen!

Idem confutator prodiit A. 1714. dictus Antisincerus, eadem ratione.

Ita, Christiane Lector, confutatori epistola Sinceri Evangelici, respondi, neamque responsonem iam binis vicibus huic loco inserueram, quia peccuari scripto edendo non credidi opus esse, nec adhuc id necessarium existimo. Multos demum post annos alius quidam ausus est ipsam hanc de harmonia fidei dissertationem hinc inde primus arrodere; quem deinceps, ut fieri solet, vnus & alter secutus. Legi excerpta ista, relegi: adhuc perfero in ea sententia, quod sufficiat te, Lector Christiane, rogare iterum

iterum, iterumque, ut conferre digneris ipsam hanc dissertationem, quacun- que editione mea gaudas, siue primis illis, siue hac quam iure meo recognoui. Si tamen cogar importunis adgressoribus respondere in gra- tiam infirmorum: faciam, Christo indulgente, quod ecclesie consul- tam visum fuerit.

§. XXXV.

Nobis quidem nunc cogitandum tandem de breui ali- Pars altera
demonstra-
tionis.
qua collatione concilii Tridentini, quam promissimus, eaque quatenus ad præsentem tractationem facere videbitur. Ag- noscit ipse Pallauicinus l. 8. hist. C. T. cap. 11. §. 3. iusti- ficationis dogma *tesseram* quodammodo exitisse, qua catho- lici ab hæreticis discernentur, & radicem, vnde, veluti quidam rami, reliqua seu vera seu falsa dogmata pullularint; ac eapropter incredibili studio *quamuis* voculam a patribus C. T. fuisse discussam. Ipsi Tridentini doctrinam suam de iustificatione vocant *catholicam*, quam nisi quisque *fideliter firmiterque* receperit, *iustificari* secundum eos non poterit. Quæ adstrictio conscientiarum, cui se submittere tenentur omnes, quia ad hodiernam R. E. transeunt, sane multum ha- bet in recessu.

§. XXXVI.

Deinde & ex Pallauicini constat historia, multum in C. T. de statuendis iustis circa fidem iustificantem *restrictio- nibus*, laboratum fuisse. Erant theologî, qui affirmarent, hominem reddi iustum per fidem, *quatenus* ipse fidentissime credit, a se per I. C. merita peccatorum veniam obtineri. l. 3. c. 4. §. 3. Bretanus quidam distinguebat, dici hominem iustificari *per* fidem, non *a* fide §. 12. Senensis archiepiscopus Franc. Bandinus *cuncta Christo, nihil nobis*, totam iustitiæ ac- ceptionem fidei, reliquis præparationibus nihil adscripsit. Quem cum Cauensi præfule, aliisque secuti sunt Julius Con- tarenus Bellunensis §. 7. II. 15. tamen postea Contarenus, vt placaret reliquorum animos, suis dictis offensos, explicaf- se suas de fide laudes traditur, non de fide mortua & infor- mi, sed de viua, & quam charitas *informaret*. cap. 9. §. 5.

E

Seri-

Seripandus disputavit, iustificationem fidei tribuendam esse, non modo tanquam illius *principio*, sed *tanquam causæ* certissimæ, quæ Redemptoris merita *applicet*: quin & in secunda, quam vocant, iustificatione, iustitiam non debere operibus solis tribui, sed simul fidei, *quatenus* opera, quantumvis necessaria, haut satis forent, nisi per fidem applicaretur Christi iustitia, qua, quod nobis desit, expleatur. cap. 9. §. 5. cap. 11. §. 4. 5.

§. XXXVII.

supra §. 11.
12.

Contra dixit Bernhardus Diaz Caliguitanus, *ideo* dici hominem per fidem iustificari, quod hæc *ex humilitate nativæ nos attollit*, motusque quosdam supra conditionem naturæ nobis imprimit, efficitque, vt a Deo respiciamur, *ceu iter iustitiæ iam ingressi* c. 4. §. 16. Censebant alii, si sermo sit de causa efficiente, hominem effici iustum per fidem, *prout* coniunctam cum poenitentia & baptisate; sin de causa formali, *prout* ipsa fides a charitate sanctitatisque gratia *informatur* c. 4. §. 3. c. 9. §. 5. Ita se vertebant quædam versus hominum ingenia, an scholas suas cum Scripturis conciliare possent! Adeo potest hic articulus valde exercere humanum animum! p. 133. 113. 103. Neque vero negauerimus, contactos ex his aliquos fuisse *purior*e lumine, nam cum Scripturæ testimonia adeo sint aperta, vt non desiderent *acutum* intellectorem, sed *attentum* auditorem, hinc mansit apud *aliquos* pios semper cognitio Christi. p. 65. 71. 142. 174. quos & a reliquis humana consilia secutis, ægre in C. T. auditos fuisse Pallaucinus testis est; his per plura suffragia obtinentibus, & vndiquaque obicem paci ecclesiasticæ ponentibus.

§. XXXVIII.

Ergo audiamus nunc ipsam vocem concilii, quam subinde Bellarminus aliique *vocem* nuncupant *ecclesiæ*, quod vt ordine fiat, videbimus (1) *diversæ*, seu qua ratione nostra repudiauerint. (2) *æquæ*, seu quas *determinationes* ipsi substituerint. Vtrumque videre licet sessione sexta, tum in capitulis, tum in canonibus.

§. XXXIX.

Avri^{des} quod attinet, primo miramur, quid Tridentinos permoverit ad sancendum canonem 12: *si quis dixerit, fidem iustificantem nihil aliud esse, quam fiduciam divinæ misericordie, peccata remittentis, propter Christum, vel eam fiduciam solum esse, qua iustificamur, anathema sit.* Nam (a) etsi tacite confitentur, fidem esse fiduciam divinæ misericordie, ægre tamen ferunt dici, quod fides iustificans *nihil aliud sit, quam fiducia sic descripta, canone etiam 9 sic definiuerant: si quis dixerit, sola fide impium iustificari, ita ut intelligat, nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse, eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi, anathema sit.* Quisque videt, frustra bis non impugnari *τὸ nihil aliud, esse contra ipsos aliquid aliud, quod utinam clare designassent!* Utinam constaret plene, cur anathemate percussissent verba, tam innoxia, tam seria! (β) si qui forte certo respectu dixerant, fidem iustificantem *nihil aliud esse, quam ut allata verba habent: constabat ipsis, per τὸ nihil aliud non excludi assensum, non notitiam poterant utique ex publicis nostris scriptis veram mentem nostram intelligere, supra §. 22. Multo minus τὸ nihil aliud leuitatis signum videri cuiquam potest; quam alia omnia, quæ ad ordinem prænitentiæ pertinent, impune negligi possint, modo quis dicatore; credo. Nihil remouet aliud, nisi omnia ἀδόξα p. 689. naturaliter nempe confidunt homines propria iustitia p. 63 98 03. 113. confidunt suauiter in honestate ciuilitate intellecta p. 142. l. 23. in laxiore explicatione decalogi, p. 61. l. 5. in nudo fauore veritatis, in sola gloria orthodoxiæ litteralis, seu *notitia dogmatum*, p. 140. l. 7. 15 25. in certis cultibus, feriis, laboribus & receptis ritibus p. 16 84. l. 3. *faciendo, quod est in se* p. 61. l. 20. *quoad substantiam actuum* p. 15. 52. 218. At euangelium *cogit peccatorem*, per illud *nihil aliud*, Christo solo uti in iustificatione p. 30 21. *Eo animo de fide, correlatiue**

Conf. diff. de qualitate fundamentorum ex quibus Pontificii ipsis Principibus persuadere solent professionem Fidei Trid. edita denuo A. 1744.

spectata, sic docuimus, quod *nihil aliud*, nullum aliud nomen datum nobis in salutem confitemur, præter nomen IESV. Act. IV, 12, p. 72. 78 sq. 82. 305. 694. Sub *unum* hoc nomen sua omnia redigere, scandalum *crucis* est, quod non exiguam *naturæ crucem* figit p. 65, 92. sq. 103. sq. Lutero enim autore hæc est theologia *crucis* T. 2. Jen. Lat. f. 106. nam ex eo ipso fonte cognoscitur, iusticiam Christianam *aliud quiddam* esse, quam honestatem *ciuilem*, seu philosophicam iusticiam p. 28. 62. 121. 142. nisi que sub obsequium tale fidei sensus captiuati fuerint: longe aliter vtuntur operibus homines, qui absque hac cruce non possunt statuere in corde, sibi *gratis* ignosci „propter Christum p. 97. sq. Die Vernunft sehet allezeit die „guten Werke an einen unrechten Ort. Den Irrthum sieht nun „das Evangelium an, und rücket uns herum. „ (γ) Si quibus exiguum quid videtur, fidem nihil aliud esse, quam fiduciam *miseri- cordiæ*, illis in memoriam reuocamus, nostros non *ita nude* locutos de salute per quamcunque *miseri cordiam*, sed de solida fiducia *diuinæ* misericordiæ, peccata remittentis *propter* Christum, imputatione *diuina*. Nam in iudiciis *hu- manis* ius seu debitum *certum* est; misericordia *humani* iudicis *incerta*. Sed alia res est de iudicio *Dei*, hic enim mi- sericordia habet certam & claram promissionem & manda- tum *Dei*. Quoties igitur de misericordia dicitur, addendum cum emphasi est in meditatione nostra, fides *certæ* promissi- onis p. 133. 226. 69. sq. 128. sq. 140. Imo ne quis leuiter cogitet de vocabulo *miseri cordiæ*, subinde ex opposito monemus, quid „sit *ira* *Dei*, quid iudicium *Dei* p. 63. 66. 74. 192. „ wie rein wir „alles Verdienst, aller Werke vergessen, wenn das Herz Gottes „Zorn fühlet. Neque opus fuisse canone II: si quis dixerit *gratiam*, qua iustificamur, esse tantum *fauorem* *Dei* &c. nam *gratiam*, qua iustificamur, nunquam diximus, tantum *fauo- rem* eo sensu mere *ciuili* esse, quo in humanis iudiciis *fauor iudicis* obtinere aliquando solet. Lege, si placet, Collegæ no- stri A. H. Franckii sermonem von der Gnade p. 19. 21. 38. 41. quem

Luth. T. 1.
Ieu. L. f. 288.
b.

quem Geræ Varifcorum habuit A. 1714, Dom. 5. Trin. (d)
 Merito autem nauamus operam, ne respectus nostræ *coope-* ib. f. 392. b.
rationis, quæstioni de iustificatione hac *vlla ex parte* immi- 509. n. 31. 7.
 sceatur; quasi partim sit Christus propitiator, *partim* opera 4. f. 83. b.
 nostra sint propitiatio. p. 109 163. 587. 658. 681. 694. (de *assen-*
su, vel *consensu*, qui in fide *requiritur*, supra §. IX. XXII.) Ipsa
 fides vere contriti in iudicio diuino non petit considerari,
vt opus, vel *vt cooperans*, sed prout Christum amplectitur,
 tanquam *unicam* propitiationem; quod probatum est hæc-
 tenus. *Voluntas* (huius enim vocabuli fauorem venantur
 Tridentini can. 9.) *voluntas*, inquam, hominis noui in iusti-
 ficatione, seu in petenda absolutione, non fertur ad *coope-*
 randum efficiendæ absolutioni, sed fertur tamen re ipsa *ad*
habendum, *ad accipiendum est velle* & accipere oblatam pro-
 missionem p. 69. Textus germanicus peropportune hic ha-
 ber: Der Glaub ist, daß sich mein ganz Herz desselben Schazes an-
 nimmt, und ist nicht mein Thun, nicht mein schenken, noch geben,
 nicht mein Werk oder bereiten, sondern daß ein Herz sich des trö-
 stet, und ganz darauf verläßset, daß Gott uns schenket, uns gibt,
 und wir ihme nicht. Est autem & hoc non nihil *obedientiæ* er-
 ga Deum, *velle* accipere oblatam promissionem p. 103. 124 sq.
 suo loco non minus apud nos docetur, quod, *quamprimum*
 Spiritus S. opus suum regenerationis & renouationis
 in nobis inchoauit, tunc reuera hominis noua illa *voluntas*
 instrumentum est & organon Spiritus S. vt ea *non modo* gra-
 tiam apprehendat, verum etiam, certa subordinatione, in
 operibus sequentibus, Spiritui S. cooperetur, p. 582. sq. 674-
 680. 682; salua semper indole fidei, quæ *vult a DEO iustifi-*
cari, sanctificari & gubernari p. 117. 76. 18. Ipsi Tridentini
 in causa sunt, quod nos vestigia hic terre nt. nam cum profi-
 terentur nonnulli in concilio, quod liberum arbitrium (quo
 dogma de cooperatione ipsi referunt cap. 57. & can. 4.) fun-
 gatur munere causæ solum recipientis, non item *agentis* in
 opere iustificationis; fatetur Pallaucinus, hanc etiam sen-
 ten-

tentiam pro minus catholica habitam fuisse l. 8 cap. 4 §. 2. *Præparationes* ad iustificationem non negamus quidem, sed dicimus, esse istas non *a nobis*, sed in nobis ADEO, qui novit variis modis aggredi *voluntatem* & conscientiam hominis, ut is nihil velit aliud, quam gratiam & *miserencordiam*, confer, G. Carletani consensum E. C. c. Trid. p. 321. & Carpouzii nostri senioris collegium in C. T. p. 1294.

§ XL.

Deinde ad textus Tridentinos de *sola fide* iustificante, obseruamus longe minus quiddam esse, quod canone 9. agnoscunt tacite: posse videlicet recte *intelligi* phrasin de sola fide iustificante; quam quod inde in rem suam conuertit Jacques le Fevre *nouv. conference* p. 69. satis quidem declaratum a nobis, & necessariis cautelis sufficienter munitum reperitur, quomodo *intelligi* velimus, docentes: quod sola fide iustificari potest impius poenitens. p. 11. 73. 77. 84 sqq. 684. 691 seqq. Sed reuera parum apud illos profecimus. Nouerant Tridentini, ideo nos eam tueri sententiam, quatenus fuit ex nexu cum doctrina de *sola* DEI misericordia, propter *solius* Christi meritum, nobis peccata remittente, ut perinde sit, ac cum dicitur: in *sola* DEI misericordia propter *unicum* meritum I. C. *confidendum*. adeo arte hæc coherent! sola imputatio iustitiæ Christi est nostra iustificatio; & sola fides est organon apprehendens Christi iusticiam, *quia in hac una conspicitur Christi officium, hac una accipimus Christi beneficia*, & quia ipsa res non est comparata aliter, quam, ut ad huiusmodi *applicati. nis officium* ac proprietatem, aliud quid apte non quadret: et fides, p. 16 72. 74. 82. 141. Canonis hinc loco nobis illud est: misericordiam *non posse* apprehendi, nisi fide, p. 92. Die Barmherzigkeit lässt sich nicht fassen, denn allein durch den Glauben, conf. p. 67. Verum enim vero quid Tridentini? Istis non sufficiebat can. 9. 12. grauare præiudiciis doctrinam de fide, quæ *sola* iustificet, sed & can. 11. anathema dicunt, si quis dixerit, homines iustificari *vel sola imputa-*

Estimatio solius Christi, ut rei necessaria &c. Luth. T. 1. len. L. f. 117. b. 436. b. T. 4. f. 44. b. 76. a & f. pra §. 25. 32.

putatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione quamuis addant: *exclusa gratia & charitate*, quæ in cordibus eorum per Spiritum S. diffundatur, atque illis inhæreat, siquidem probe sciebant, nos non *excludere* nisi fiduciam operum. p. 73. 132. (691.) Nosse etiam poterant ac debeant, nos studio *augustinæ*, non animo laxandi carnem, docuisse ex Scripturis de *sola* imputatione iustitiæ Christi, vel de *sola* peccatorum remissione; quam adeo doctrinam non conveniebat suspectam vel ambiguum reddere, p. 10. 18. 68. 77. 90. 125. 226. sq. 336 (587 685.) *si ipsa ratio aliquid rationis haberet, sic potius inferret: si isti damnant ex suo euangelio omnem iustitiam humanam, multo magis damnant iniustitiam humanam.* Bugenhagenius in 1 Cor. 1. pag. 57. *Nuch unsere Gerechtigkeit mag nicht bestehen, schweig denn die Ungerechtigkeit vor Gottes Augen und Gericht.* Luth. R. Post. am Steph. 1 Petr. 4. 18. R. Telleri Lutherthum p. 252. Ex hac agendi ratione contrariâ constat, eos, qui tum volebant esse ecclesia, agitados fuisse indigna contradicendi cupidine. Huc pertinet, quod canone 10. concludunt: „si quis dixerit, homines 1) si-
ne Christi iustitia, per quam nobis meruit, iustificari, aut 2)
per eam ipsam formaliter iustos esse, anathema sit. Priore hoc commate mulcent lectorem, ut is posterius, quod sane durum est, ferat patientius; idque proh dolor! sub inuolucro vnus vocis scholasticæ *formaliter*, de qua supra §. XXV. Mens nostra nulla fuit, nulla est alia, quam ostendere, quod in doctrina de fide *utente*, virtus omnis vere redeat ad Christum & Christi officium, cui ne vlla quidem specie, ne verbulo quidem, a Christianis Theologis erat derogandum. p. 82. 101. 139. 141. 143. 175. sq. 279. Neque vnquam in mentem nobis venit credere, quod homines per Christi iustitiam formaliter iusti sint, *absque applicatione*, sed per Christi iustitiam in penitencia fide apprehensam. Iterum prouocamus ad ipsius rei *naturam*: Christum non apprehendi posse *tanquam*

quam mediatorem, nisi fide p. 74. (de imputatione *aliene* iustitiæ, in oppositione ad fiduciam *proprie* iustitiæ, nouerant illi satis superque mentem nostram ex p.125 226 228.250. ipsique absolutionem agnoscunt *alioni* beneficii esse dispensationem fess. 14. c. 6.)

§. XLI.

Quæ dubitatio pugnet cum fide, & quatenus.

Tertio confessionem nostram de certitudine fidei iustificantis ordinata, proponunt odiose c. 9. *contra inanem hereticorum fiduciam*; conqueruntur *ibidem* de vana & ab omni pietate remota fiducia, quæ hæc tempestate & magna contra E. C. contentione prædicetur: negant, oportere eos, qui vere iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse iustificatos, atque *hac* sola fide absolutionem perfici &c. monent, ne quis sibi blandiatur in *sola* fide, *etiamsi* Christo non compatiatur. cap. II. can. 13. 14. Respondebimus pro ratione instituti. Conceditur c. 9. *neminem pium* de Dei misericordia, de Christi merito, de Sacramentorum virtute & efficacia dubitare *debere*. ergo & hoc asserendum est, *oportere* seu *debere* eos, qui vere iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatione pertinace, in corde suo, iuxta verbum DEI explorato, statuere, se esse iustificatos. Quis enim vnquam ausus est dicere, *adiæpogov* esse, dubitare de gratia Dei, etiamsi perfectus consensus non accederet? p. 75. *Quilibet* ergo, *dum seipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit*, de se, tanquam de semetipso, formidet atque timeat. C. T. cap. 9. can. 12. Eo ipso, quia fides tantum eatenus iustificat, quatenus apprehendit Christum; non modo subdubitatur de inhærentis *proprie* suæ iustitiæ efficacia coram DEO, sed plane abiicit illam opinionem, ceu præsumtionem, & *inanem* reuera *fiduciam*, p. 53. 67. Ipsi tamen desiderio apprehendendi Christum, *ideo* quod in *apprehendendo* versatur, non bene conuenit cum pertinace de gratia oblatâ dubitatione, neque sordes dubitationum adhærescentium *iacet*, quasi *virtutes* aut *hamilitate*

rem sed agnoscit in vera humilitate, ipsam fidem, quatenus opus seu virtus in homine est, non esse perfectam: nihilo scilicet infirmam illam fidem propter obiectum iustificum, quod eo pressius apprehendit, firmam habere promissionem p. 63. sq. 75. sq. 133. Hæc fides, quamdiu talis est, per omnem vitam *luctatur* cum peccato omni, adeoque & cum dubitatione, nec ob ullam *hæsitacionem* (ipso Testato ad *Matth. XV. v. 28.* & *Callandro ad A. C. art. 4.* sic loquente) *proprie infirmitatis & indispositionis, & a cerro suo obiecto iustifico diuelli se se patitur* p. 167. 82. 113. 124. 128. 325. 585. sed auide in *presentia* accipit remissionem peccatorum, exhibitam in promissione p. 126.

§. XLII.

Qua occasione intelligi simul potest, quam honeste in Quatenus si. de opus fit in pœnitentia? C. T. *sess. 14. cap. 3. & can. 4.* confessio nostra de fide, tanquam altera parte *pœnitentiæ*, condemnata fuerit; etiamsi in pœnitentia? momentum causæ Melanchthon in *apologia* tot ante annis demonstrasset. Ibi enim p. 162. 175. 192. vsus doctrinæ ostenditur ad pie superandas variis *dubitationum* tenebras, & ex eo, quod fides hæc per omnem vitam *luctari* cum peccato dicitur, fluit; sic clare definiri posse *filialem timorem*, qui scilicet cum *fide* coniunctus sit p. 167. Chemnitius quoque eo loco *statum controuersie* ad fontes ita reuocat: quid repete rð illud sit, quo conscientia niti in pœnitentia debeat, *vt non QVO MO- dubitet*, se rursus a DEO in gratiam recipi? & respondet: DO ex ipsa apol. p. 170. l. 1. 2. 16. & supra §. 6. 32. ardua igitur quæstio est, quomodo pœnitentia ita agi possit, vt *certi* simus, non consequi reconciliationem peccatorum?

§. XLIII.

Absit vero, vt sola fide hic *blandiri* nobis velimus; *etiã*si Christo non compatiamur, *hæc fides, de qua loquimur, existit in pœnitentia, & inter bona opera, inter tentationes & pericula confirmari & crescere debet, vt subinde CER- TIVS* apua nos *statuamus, quod Deus propter Christum respiciat nos, ignoscat nobis, exaudiat nos; hæc non discuntur sine*

magnis & multis certaminibus. hæc & plura alia Melanchthon in Apologia A. C. p. 116. sq. (708.) 134. Quod si, *certo credere*, Tridentinis h. l. idem est, ac *propria opinio*, quam quis, vt vulgo hodie loquuntur, sibi imprimi, siue nudus assensus aut factitia persuasio, tunc abesse tantum a factitia hac certitudine nos testatur, quantum ab illa contritione, quam accersitam ex propriis viribus, actiuamque appellat Lutherus in *Smalc.* p. 320. 322 Hinc poterat quidem Belarminus superfedere illa exclamatione, qua in *præf. Controv.* vtitur: *quis non obstupescat, potuisse homines reperiri, qui sibi persuaderent, nihil aliud ad iustificationem impiorum requiri, quam vt CERTO STATVANT, se esse iustos, sibi esse remissa peccata; vt iam non opinio a veritate rei, sed e contrario rei veritas ab opinione dependere? & tamen hoc ipsum incredibile paradoxon est articulus quartus illius celeberrimæ A. C. quæ pro euangelio est maxime parti nostri temporis hæreticorum.* Interim ad id conducit hæc criminatio, vt eo magis illam repellere meliore vsu doctrinæ fidei studeamus. Multo vero rectius Cassander hic versatur circa 4. istum articulum A. C.

§. XLIV.

Vfus varius
etiam
h. l.

Flac. de verbo & re fidei.

Aliud plane est, sola fide sibi blandiri velle; *etiam*si Christo non compatiatur; *etiam*si quis sciens volensque peccet &c. Aliud: iussu Dei in poenitentia accipere auidique excipere ex verbo certam remissionem peccatorum; *etiam*si rigori legi nos non satisfecerimus; *et*si nos adhuc procul absumus a perfectione legis; *etiam*si hæret peccatum in carne nostra; *etiam*si legi nos non possumus ipsi satisfacere; *etiam*si nostra opera sint indigna; *etiam*si quas traditiones humanas non habeamus, quæ alibi receptæ sunt p. 93. 115. 22. 131. 152. 163. 336. lin. 4. *Illud* deestamur, tanquam damnabilem illusionem, p. 328. 692. 591. 691. *Hoc* sancta cum admiratione exprimit efficaciam fidei, *quatenus* iustificat, scrutaturque non sine certamine, qui fiat hæc iuris translatio?

tio? unde valeat? unde certa sit reconciliatio? ex cuius rei
 conditione pendeat? p. 93. 137. 67. 75. 81. 89. 110. 87. lin. 19.
 Talium *etiam* si, exprimit mirificam erectionem cordis
 contriti, quando corda contrita *rursus* concipiunt consola-
 tionem & nouam vitam pag. 71. 36. 86. 373. quod miraculum
 fidei, nihilque aliud, articulo 12. A. C. denominatur in ver-
 bis: und doch barneben glauben.

§. XLV.

Quartam *de verbo* constituit canon 28. *Si quis dixerit, An vera fides*
amissa per peccatum gratia simul & fidem semper amitti, aut fi- *stare possit*
dem, quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viuâ, aut *cum peccato*
eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, ana- *mortali?*
thema sit. Caput 15, inferibitur: quolibet peccato mortali amit-
tigratiam, sed non fidem; in ipso hoc capite fornicarios, ad-
ulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, e-
briosos, maledicos, cætorosque omnes, qui letalia committunt *1. Cor. V, 11.*
peccata, a regno DEI recte quidem excludunt, quæ tales, *1. Tim. I, 10.*
 sed tamen *fideles* esse, ac manere eos posse agnoscunt. Quod
 rectius incredibile dixerimus paradoxon, quam Bellarminus §. XLIII.
 pronunciauit de 4. articulo A. C. Nam quis, quæso, vel quid *XXI*
 coegit viros *ecclesiasticos* ad tale decretum? quo sine, cui
 bono, cur tanto zelo *pro fide impiorum* in ecclesiæ externo
 cœtu, decreuerunt, quod vera illa fides sit, licet non viuâ?
 cur eo delapsi sunt tam subito, agentes ex instituto *de iustifi-*
catione, vt pro *Christianis* reputent, qui fidem sine charitate
 habent, & secus sentientes anathemate pereutiant? dicant,
 an tale quid *suggerit* * *Spiritus S.* ex ver- ** vide proce-*
 sabatur salus ecclesiæ in eiusmodi effato? num *orthodoxiam,* *SSIONE SESS. 6.*
 quam Tridentini sibi tribuunt *c. n.* seruare ac tueri aliter in *C. T.*
L. de iustif. non poterant, nisi impiis *vera* fides tam anxie as-
 fereretur? qui tanto rigore can. 10. dici posse negant, homi-
 nes formaliter iustos esse *per ipsam Christi iustitiam*: cur tam
 frigide de *vera* fide nunc loquuntur? unde hæc in *aug. Dea*
 terminorum subita variatio? quomodo capiendum, quod *fi-*
 des

des cap. 8. ipsis quidem est humanæ salutis *inuium*, fundamentum & *radix omnis justificationis*, & quod tamen can. 28. *vera fides* impiis asseritur? Si *vera* est fides talium: num & isti *vere* fideles censendi? Nos quidem serio profiteamur, talem fidem plane remoueri hoc loco debere. Si quid vero est in vocabulo fidei & vario eius significatu, quod in impiis locum aliquem habere videtur: debebant id suo monere loco, & sincere omnia *de Sorocv* ad ædificationem, modo Theologis & Christianis digno; neque locum sic dare pseudo Christianis ob rationem status ecclesiastici, in spiritu contradictionis, cum dedecore nominis I. C. veræ fidei & S. E. C. 2. Tim. 2. 19 sq. 16. Apoc. 3. 1. Balth. Meisn. diss. de fidei iust. f. forma §. 5126. 18. 68. sq. 10. Olear. Th. Lips. programm. in Festum Reform. A. 1704.

§. XLVI.

Gloriabatur Ceruinus, P. R. in C. T. legatus (quam aliqua ex parte metuens) plurimum lucis L. de iust. affusum a suis, qui a *vigesimo iam anno* Lutheranorum errores redarguerint; vt ipse refert Pallav. l. 1. c. 2. §. 2. Poterant proinde tot annorum spatio rem dispicere longe melius. Idem coniiicit cap. 9. §. 5. eos, qui in C. T. iustitiam *fidei* tribuerint, non eam *fidem* intellexisse, *quæ satis est Christiano nomini profitendo*, sed viuidam fidem de Christi redemptione, ex qua fide confestim exurgat fiducia: atque adeo satis aperte indicat, quam fidem hic intelligi oporteat, nempe, quæ satis est Christiano *nomini profitendo*. Enim vero nondum perspiciamus, quomodo tale decretum cohæreat cum doctrina de iustificatione; neque hunc abusum vocabuli *fidei* a tanta synodo orbis Christianus h. l. expectauerat. Nullum tamen dubium est, quin doctrinæ nostræ: *quod nempe fides vera iustificans non stare possit cum peccato mortali*, contradicere sic omni modo decreuerint. Etsi probe intelligebant, de quali fide illa capiendâ sit, *sic fidem omitti, quatenus significat fiduciam misericordie, nullus ambigit*; ita Walen-

quo non
præcipitat
studium con-
tradicendi!
NB.

Ienburchii fratres *Tr. de iustif.* cap. 78 p. 484 Cur ergo fauorem tam sanctæ doctrinæ conuertebant Tridentini in anathema? Dicatur candidè, quid in ea doctrina nostra desiderari merito possit, aut saltem quæ vox, nostra, an ipsorum, sonare magis in ecclesia Dei cum * fauore debeat? Leguntur de hac proprie accepta fide, duo loca insignia in apologia A. C. p. 71 81. ex quibus tamen scriptor nostri temporis, Bossuetus in Gallia, talia haud ita pridem audacter collegit, quæ longe sunt infra viri famam *T. 1. Var. p. 150. 154.* Verbo quocumque veritas decretum hoc, scandalum non leue est, quic constituitur publica autoritate, & ad talem doctrinam recipiendam conscientias, si *iustificari* * quidem velint, adigere, ac velle, ne *audeat* quisquam *aliter* credere aut docere: Quam pædian ecclesiasticam abfit, vt boni ac sapientes viri imitentur, aut pariter contradicendi studio tantum indulgeant, adeoque tam misere illaqueentur, damno multarum animarum.

* Eccius hic fauorem scholæ & Scholasticorum tuetur. Luth. T. 1. Ien. L. f. 228, a, n. 7. 292. a. * idè iterum sess 6 præm. rum capitulum tum canonum,

§. XLVII.

Post hanc *dyttheon* conferenda nunc est *theis*, seu, quas determinationes Tridentini, loco nostrarum, substituunt, tanquam meliores. Hic liceat nobis caput 8. sess. 6. primo loco inspicere; quia inscribitur illud notanter: *quomodo* intelligatur, impium per fidem iustificari? Respondent, *ideo* dici nos ab Apostolo iustificari, *quia* fides est humanæ salutis *initium*, fundamentum, & radix omnis iustificationis. Fatur Pallauicinus, per *radicem* non intelligi nisi primam *preparationem*, primamque radicem, necessariam ad omnes actiones, proxime vtilis ad consequendam iustitiam l. 8 c. 4 §. 3. Affinitatem quandam cum his habent ea, quæ supra §. 36 39. retulimus. In primis pertinet huc caput 6. ipsius C. T. de *modo preparationis*. Actale quid iam anno 1530. obseruauit apologia: *nonnulli fortassis, cum dicitur, quod fides iustificet, intelligunt de principio, quod fides sit initium iustificationis seu preparatio ad iustificationem, ita vt non sit ipsa fides*

An fides intelligenda sit iustificatio, quatenus preparatio seu dispositio?

cepate dicta
S. 45.

*illud, quo accepit sumus Deo, & somniant fidem ideo valde laudari, quia sit principium p. 72. imo obseruauit porro, prorsus non tribuunt fidei iustificationem, sed tantum dilectioni, qui somniant, fidem stare posse cum peccato mortali p. 81. Probatum fuit ex scripturis, quod proprie ac vere ipsa fide, πῖςει, διὰ τῆς πίστεως, καὶ ἐκ πίστεως, propter Christum iusti reputemur p. 73. 57-77. 81. Ostensum, ne vestigium quidem huius extenuationis in epistola ad Romanos, ex qua, tanquam fede, locus ille controuersus desumptus est, apparere. Prouocatum ad consensum Prophetarum & Apostolorum, qui profecto iudicandus est vniuersalis ecclesie consensus esse p. 75. 141. 173. sq. 220. 279. Quæsitum, num ita parum moueantur, quot *toties* id ipsum reperatur, & exaggeretur in Scripturæ locis clarissimis; vt in limine disputationis nostræ præmissimus. Monitum, ne confingerent inanes distinctiones ad eludendas scripturas. Significatum sæpissime, non peti, vt honoris sui iactura sarcirent concordiam; quod tamen decebat bonos pastores facere. pag. 44. 187. 232. 292. 296. Data largissime occasio expediendi conscientias, & mentem nostram plene intelligendi. Agnoscunt ipsi Tridentini capite 6. illud *inprimis* verum esse credendum, iustificari à Deo impium per gratiam eius, per redemptionem, quæ est in C. I. adeoque poterant se liberare ab eius modi extenuationibus fidei, & persuaderi, vt plus tribuerent fidei. Neque tamen impetrare hætenus a se potuerunt Pontificii, vt quicquam solide corrigerent, aut prorsus cederent veritati. Confugiunt, more omnium tergiversantium, ad alium sensum, quo intelligenda sint verba Apostoli, eumque sensum vocant *perpetuum ecclesie consensum*, non probant. Grauius Melanchthon in scripto publico de causis recufati concilii Tridentini: *non errat, inquit, ecclesia, quæ impudentia! cum in conspectu sint tam ietra mala, nolle tamen fateri errare, negant, in scriptura prophetica & apostolica hanc fidem, qua accipienda est remissio peccatorum, contineri,**

neri, cum Petrus hunc esse vniuersæ ecclesiæ consensum affirmet Act. X. 43. sed declamant aduersarii: multa sunt obscura, quorum declaratio prius ab ordinaria potestate petatur. At etiam, sicubi in parte aliqua non statim rudibus se offert sententia, tamen summa doctrinæ perspicua est in pœnitentia vere se recipi propter Filium, ac oportere in nobis, postquam renati sumus, lucere hanc fidem, considerauimus fontes doctrinæ, contulimus ecclesiæ tempora, quaesiuimus antiquitatis sincere testimonia, ne nouas aut ambiguas sententias amplecteremur. Collata omni antiquitate, videmus esse perpetuum consensum catholicæ ecclesiæ Dei b. e. omnium eruditorum & piorum, qui fuerunt omnibus seculis in ecclesia Dei & cum scriptum Pauli non ausunt prorsus delere, audacter fingunt conuersiones ad eludendam euangelii veritatem, veritas non est in illo cœtu, qui prophetica & apostolica scripta negligit, & præsentis religiones, propter tranquillitatem, boni consulendas esse dicit.

§. XLVIII.

Capite 7 quod Luthero oppositum fuisse fateatur Palauicinus l. 8. c. 14. §. 2. Tridentina synodus medium quasi terminum præmittit suæ thesi de fide, tanquam dispositione tantum ad iustificationem, eo magis insinuandæ. Nam fides, De vniione fidei cum Christo. inquit, nisi ad eam spes accedat & charitas, neque vnit personam cum Christo, neque corporis eius viuum membrum efficit. & c. quem medium terminum, in medio etiam capitis positum, & multis in contextu inuolutum ambiguitatibus, vt euoluamus; stricturis quibusdam opus esse videtur. (1.) conuertimus medium terminum hoc modo: quia vera fides, per ipsam natiuam suam indolem, sese vnit cum Christo, & viuum corporis eius membrum efficit, igitur fides non tantum nuda disponit ad iustificationem, sed medium illud verum est, quo vere apprehenditur iustificatio, quia fides hæc, de qua loquimur, ita Christum apprehendit, vt ex metu peccati intime se abscondat in Christi merito, Christo in-

hære-

hæreat, Christo se inuoluat, neq̄ se *tantum* quasi nuda manus sit, sed & tale quid sit, per quod homo in ipso Christo inuenitur. Philipp. III, 3. desiderijsque ac votis suis τελείως fertur ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῶν χάριν I. Petr. I, 13. 21. Ephes. III, 17. *uens* Christo per intimam & ineffabilem transmutationem peccati nostri in illius iustitiam, seu incorporationem nostri in Christum, vt loquitur Lutherus T. 2. *ten. Lat. f. 10. b. T. 1. f. 170. b. loh. VI, 15. Extra nos, & extra omnium hominum merita, opera, virtutes atque dignitatem quærenda esse dicitur nostra iustitia & consolatio, vt in solo sit D. N. I. C. pag. 697. neruose iterum Lutherus: Darum müssen wir uns unter dieser Glückhenne Flügel schmiegen, und nicht in eigener Glaubens-Bermessenheit ausfliehen: denn unser Glaube, und alles, was wir haben mögen aus G. D. t. ist nicht gnugsam, ja es ist nicht rechtschaffen, es thue sich denn unter die Flügel dieser Glückhenne, und im ganzen Evangelio thut er (G. H. I. E. U.) nicht mehr, denn zeucht uns, aus uns, in sich, breitet seine Flügel aus, und losset uns unter sich R. Post. Ep. am Christtage i. Steph. i. Mariã Himmels. *non quasi extra me positus operetur in me talia* (veritatem & vitam,) in me debet esse, manere, viuere, loqui *meum. in Consil. Melanchthon p. 247. quantum attinet ad iustificationem, oportet Christum & me esse coniunctissimos sic Paulus conatur nos prorsus abstrahere ab inspectione nostri, & in ipsum Christum & fidem Christi transplantare, quare fides est pure docenda, quod scilicet hæc fides Christum & me a. eius copulet, quam maritus est uxori copulatus. T. 4. *ten. L. f. 55. b. T. 6. *ten. G. f. 201. a.****

§. XLIX.

(2) Vt fides sic apprehendat Iesum Christum, eiusque satisfactionem (ceu rem ipsam, circa quam proprie versatur) vniat ad nos, vt nostra fiat: ad hoc fidei, quasi prius informi, non est opus, vt ad eam spes demum accedat. & charitas, sed quemadmodum vtique coniuncta est cum spe & charitate p. 185. (Hœpfn. de iustif. p. 760. §. 14. Musæus Tr. dc

de conuers. disp. 3. §. 155 209. sq. Seb. Schmid, repet. F. C. app. p. 266.) ita præstat hoc fides ex natura sua diuina, quam accepit ex verbo euangelii *communicat* nobis Christi iustitiam, & *ut* iustificet, non eget auxilio vel intuitu *nostræ* charitatis, *quatenus* nobis Christi meritum applicat & *communicat* p. 103 125 137. 693 sq. Est ipsa fides præterea *uiuum* quiddam, *uiua* & solida fiducia in Dei clementiam, noua & spiritalis *vita* p. 71: 170 586. 701. concedimus, solam *uiuam* fidem iustificare, sed neque proprie actiue, neque ita, ut hæc fides demum vitam suam habeat ex operibus, nam *fide renascimur*, non renascimur per opera p. 108 sq. Bene de ipsis Tridentinis meritis G. Gassander, cum eorum in gratiam *adart.* 4. A. C. ex libro Ratisbonensi sequentia producit: *firma & sana doctrina est, per fidem uiuam & efficacem iustifi- a- ri peccatorem. vocamus autem fidem uiuam, motus Spiritus S. quo vere penitentes veteris vitæ, eriguntur ad Deum, & vere apprehendant misericordiam, in Christo promissam, ut vere sentiant* &c. p. 7. F. C. p. 693. Tridentini enim turbant rem, cum fidem *veram* & *uiuam* canone 28, distinguunt, & negant, quod fides Christi *uiuum* membrum efficiat, nisi ad eam spes accedat & charitas, quo consilio expresse fidem hic in informem, & formatam, diuidere reuerint: incertum. Certum tamen, in C. T. distinctionem hanc reuera regnasse, & in scholis hodiernum regnare § 36. ipsa cæterum distinctio & affectata *correctio*, inuenta est eam ob causam, quia videri voluerunt concedere quid scripturæ, *toties* de fide iustificante dicenti p. 81, 101, 693. Recte vero Lutherus phrasin de *uiua* fide iustifica, per charitatem actiuosa; cum in colloquio Ratisbonensi anno 1541. obrudi vellet, quod iustificet *ea ratione, eo respectu*, quo operatur, reiecit. legatur ven. Speneri *freudige Gewissens- Frucht* p. 72. sq. Eiusdem *völl. Abfert. Schelw.* p. 281.

Fides uiuum
quiddam,
unde? supra
§. 9. 34.

§. L.

(3) Ex natura fidei, & absolutionis, non minus perspicue

G

cue propositum est a maioribus nostris, *proprium & distinctum* a charitate, officium fidei, conforme rebus & statui lapsi hominis, discerni enim nunc fidem & charitatem debere, seu distincta esse, ipse Textus C. T. nimis ostendit. Ergo confusio locus relinquendus nullus, nedum data opera. Queritur reuera hic de medio vel organo, quo peccator contritus agat cum DEO offenso de reconciliatione. *at cum DEO non potest agi. DEVS non potest apprehendi, nisi per verbum, & quidem per suum ipsius verbum, per verbum gratiae, per verbum certum & ad se pertinens.* pag. 72. verbum tale non potest apprehendi, nisi fide. *si quis hoc negat fidem esse, prorsus non intelligit, quid sit fides.* p. 88. 108. 102. Nota contra dilectionem non potest, eo hominis statu, recte concipi operari, quam conuentum prius est de quaestione hac, quasi praëiudiciali. qui sentiunt, quid sit *ira*, quid iudicium DEI, fidem huic monito adhibebunt citius: donec enim humanus animus otiosus est, nec sentit *iram* aut iudicium DEI, fingere potest, quod velit DEVM sic dilidere pag. 67. 63, 66. Neque sic etiam in charitatem *nostram* quadrat *officium applicationis*. absonum plane est, dicere velle: ego peccator applico mihi verbum reconciliationis, qua tale, *per vel propter meam* charitatem: iam *diligo Deum, ideo* DEVS me recipiet: charitas mea secum ducit illam *causam*, quae mouere Deum debet, vt sit propitiuS. pag. 124. Atqui dilectio, inquit, est *maxima virtus*, opus est Spiritus S.: quid obstat, quo minus maxima virtus iustificet? pag 87. 102. sq. responderetur: primum hoc certum est, quod non accipimus remissionem peccatorum, *neque per dilectionem neque propter dilectionem nostram*, sed propter *Christum* (adeoque) sola fide, quia tantum *ita* iustificamur, cum *apprehendimus propitiatorem Christum*, imo, sicut *lex*, etiam maxima, seu prima virtus non iustificat, ita nec maxima, *legis* (dilectio nostra) sed illa *virtus* (loquendo per antanaclasin vel mimetisim) iustificat, quae apprehendit Christum, quae communicat nobis
Chri-

*momentum
discriminis
inter officium
fidei, qua ad
misericordiam
confugit,
& inter offi-
cium charita-
tis.*

Christi merita, qua accipimus gratiam & pacem a DEO. Hæc autem *virtus fides* est. Charitas habet alia officia *ibid.* & pag. 74. 106. § 86. textus germanicus hoc loco novas emphases suggerit: Es wäre wahr, wenn wir um unser Tugend willen einen gnädigen GOTT hätten: Um Christi willen, nicht um unser Tugend willen. Darum seynd wir nicht um der Liebe willen gerecht. Der Glaube aber macht gerecht, nicht um unsers Thuns willen, sondern allein deshalb, daß er Barmherzigkeit suchet und empfähet: die Liebe, wenn wir sie schon gleich haben, so ist es nichts mehr, denn eine Gerechtigkeit des Gesetzes. sie ist je nicht Christus. Nun kan Christum niemand als einen Mittler fassen durch Werk, sondern allein, daß wir dem Worte glauben, welches ihn, als einen Mittler prediget. *re. F. C. pag. 692. forte* D. Höpfn. de *inst. p. 1106.*
ex ingenio ipsa verba apprehendendi, confidendi gratie, dilectioni etiam aptaueris. Sed si ad fontes, si ad animum, causam hanc reuocaueris, semper promicabit distinctum fidei officium. p. 139. sq. 62. ita fides, quæ gratis accipit remissionem peccatorum, quia opponit mediatorem & propitiatorum Christum, non opponit nostra merita, aut dilectionem nostram. p. 68.

§. LI.

(4) Ita demum fit DEVS nobis peccatoribus *obiectum amabile* pag. 48. Statim *fides* ex euangelio nata, parit *charitatem*, illa bonæ voluntatis *genitrix* pag. 18. Sed qui fieri possit, vt *fides* non sit maneatque *fides*, & DEO iudici *charitatem* vel actus eius elicitos opponat? (de quibus pag. 61. 66. 121. 175. vna cum Chemnitii Examine) In corde ipso poterit Christianus, si in interiora sua descendat, hæc duo coniunctissima, fidem & charitatem, vere tamen in hac questione *secernere*. Etsi, cum DEVS remittit peccata, *simul* donat *Spiritum S.* & gratiam sanctificantem, tamen mens perterrefacta reuera distincte *primum* quærit ipsam remissionem peccatorum & reconciliationem. de hac angitur, de hac *primum* dimicat: ad minimum ita subigitur, vt hanc distinguendum, *vim,*

Probatur ex praxi ipsa. Luth. T. 4. Ien. L. f. 31. a. 82. b. 381. b. Höpfn. fast. Rapp. disp. p. 435. § 2.

vim, si *preccari* Deum velit, quoad rem, lubentissime fit in corde admissura, pag. 86. lin. 14. pag. 117. lin. 15. pag. 74. 120. 130. 688. Vide etiam, si placet, notas meas ad C. T. sess. 6. c. 7. & can. 1. De qua pædia A. C. contemptim quidem loquitur Bossuetus *T. 1. Var.* pag. 150. 160. sq. Sed ipsum C. T. quod *ibidem* allegatur, c. 6. *aliquatenus* testatur de isto nostro ordine, dum (α) ad obiecta fidei *illud inprimis* refert; a „ DEO iustificari impium per gratiam, per redemptionem, „ quæ est in C. I. & (β) dum peccatores se esse intelligentes, a „ diuinæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur; ad con- „ siderandam DEI misericordiam se conuertendo, in spem „ eriguntur, fidentes, Deum sibi propter Christum propiti- „ um fore, illumque (γ) tanquam omnis iustitiæ fontem di- „ ligere incipiunt &c. Fratres Wallenburchii etiam *ali-* „ *quatenus* inserviunt ad comprobandum ordinem rei ipsi- „ us: *ideo*, inquirunt, charitas est inseparabilis a fide actu iu- „ stificante, quia fides est iustificans, in *quantum* acceptat re- „ missionem peccatorum, quam Deus donat in Filio suo, & „ format in corde hominis amorem DEI, atque persuasio- „ nem, quod ametur. *de iust. c. 19. p. 390. c. 52 p. 440.*

S. LII.

(5) Verissime dicitur, fidem *sine* operibus mortuam esse & otiosam, respectu ad eos habito, qui de professione fidei gloriantur sine operibus. & recte negat Iacobus, *vanum* hominem, *κενόν, εὐὼν πίστιν λέγει τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχειν*, seruari, vel iustum ostendi posse Iac. II. 14. 20. sq. p. 101. 109. 693. Sed non est scopus Iacobi, agere de *modo* reconciliationis *accipiendæ*, sed professionis fidei, quam quis iactat, operibus fidei probandæ. Ipsa synodus cap. 10. Iacobum interpreta- tur de *acceptæ* iustificationis *incremento*. Illud autem cap. 7. (quod ponderamus in præsentī) synodus inscribit; *quid* sit iustificatio impii? & quæ eius *causæ*? Ergo si Iacobus de eo non agit, *quid* sit iustificatio; non censendus est *restringere* alia scripturæ loca, quæ describunt, *quid* sit iustificatio per

supra §. 26.

per fidem. Fides viua non est absque bonorum operum studio; sed iustificat coram Deo absque nostrorum operum subsidio. Fides vera nunquam mortua est vel otiosa, & *tum* ^{supra §. 28.} *omnium minime* otiosa, cum absque aliis respectibus recta ^{34.} tendit ad bonum iustificum, & tam serio, tamque viuide circa Christum suum amplectendum versatur. Ita omnino est. Cum apprehendit propitiatorem, non agit causam ex suis operibus. Sed nec *inde* iudici causam suam sic commendare audet fides, quæ vna est, vt Deo hanc quasi gratiam dare, & parcissima operum fidei æstimatrix esse velit.

§. LIII.

(6) Locus Rom. V, 5. (quatenus contra nos dirigatur) incongrue adducitur in C. T. cap. 7. & can. 11. quia is non deum docet, *quid* sit iustificatio impii, & quæ eius causæ, vt quidem cap. 7. sess. 6. inscribitur, sed quid habeant *iam iustificati*, & quidem iam iustificati *ex fide* v. 1. quorum in cordibus *charitas* diffunditur per Spiritum S. p. 78. 100. 125. 128. sq. nec opera placent nisi *iam* reconciliatorum p. 80. 96. 108. 256. cum Spiritus S. operatur fidem, *simul* ex fide oritur in corde charitas, seu conspectus Dei tanquam *objecti amabilis*, quam fides patitur comitem esse veluti & pedissequam, non *actricem* vel aduocatum coram ipso tribunali strictæ Dei iustitiæ p. 73. 693 (7) circa dictum Pauli Gal. V, 6. alio plane rem vertunt Tridentini, quam Paulus voluit. Paulus attollit ibi vocem ad *fidem*, eiusque efficaciam *extollendam*, atque pure tuendam, vt patet ex v. 4. 5. 9. Illi contra tono sic afficiunt phrasin: *per charitatem*, vt fidem *correctione* aliqua *deprimant*, vtque fidem in ipso negotio iustificationis, quatenus adhuc *iustificatura* est, restringant. p. 81. 101. 186. Paulus ita laudat fidem, quod vltro operetur per charitatem, ne quis e Pseudo-Apostolis hoc prætextu quid desideret, in doctrina de *fide* Euangelii Apostolici, *ideoque* * assui aliud quid oportere existimet, aut per doctrinam de *fide* iustificante, derogari bonorum operum studio conqueratur. Illi contra lo-

* Luth. præf. ep. ad Rom. §. Glaube ist nicht der re-

cum hunc *ideo* afferunt, vt fides reputetur esse efficax ad iustificationem, in quantum per charitatem operatur. a charitate, Alphonsus a Castro scribit, *fides habet, vt iustificet l. 7. c. hær. c. 2. supra §. 49.*

§. LIV.

(8) Merito suspicionem magnam pertinaciæ nobis mouet, quod adeo religiosi sunt & parci cum suo *formaliter*, adeo vt can. 10. anathema illis sit, si quis dixerit, homines *formaliter* iustos esse per eam Christi ipsam iustitiam; nullatenus autem parcent vocabulo *unica formalis causæ* c. 7. cum loquuntur quam intricatissime. In illa *unica formali causa* describenda, modo *gratiæ*, modo *charitatis*; modo utroque, *gratiæ & charitatis*, vocabulo vtentes. quod in gratiam Scholasticorum, variarumque scholæ tententiarum, factum fuisse fatetur Pallaucinus l. 8 c. 14. §. 2, vt se abstinere ab ea *declaratioue, dum, an vna eademque res ille forent* f. 282. Bellarminus etiam docuerat per aliquod tempus, ex mente C. T. vnicam esse formalem causam iustificationis, eamque in *fide, spe & charitate* consistere. haud dubie hanc ob causam, quia omnium trium, fidei spei & charitatis, in C. T. fit mentio. Postea in recognitione librorum de gratia & L. A. magis *proprie*, inquit corrigendo sese, dixisset, eam vnicam formalem causam in *charitate* consistere. *quamuis enim fides & spes necessario requirantur ad iustificationem, tamen id, quod verissime, propriissimeque iustificat, tanquam unica formalis causa charitas est, de qua concilium loquitur.* f. 9. Nobis quidem tanti non fuerit notio aliqua scholastica, vel *τεχνολογία*, vt toti ecclesiæ, quam docere voluit Synodus, propterea impedimento quis sit ad *rem ipsam*, efficacius cognoscendam p. 125. Magis limpida est vox scholæ nostræ, quæ *formam* iustificationis docet absolui, tum reali atque intima imputatione iustitiæ Christi, tum non imputatione peccati. Bellarminus l. 2. de iust. c. 1. existimat, variare notitratium sententias circa causam formalem iustificationis, & spe-

de causa formali iustificationis iuxta C. T.

mittimusque nos totos iudicio bonorum omnium, eique ex sacris literis; quia *in bonis & firmis causis* vna atque altera solutio, *sumta ex fontibus*, corrigit omnia, quæ videntur offendere p. 94. 60. 102. 141. Certe locus hic, *recte intellectus*, illustrat honorem Christi, asserti vera solatia & se-
 * *supra* S. 47. *ctis præcauet* p. 60. 499. 683. Qui *præsentis* * religiones nude propter
tranquillitatem retinendas fuisse censent: censuram audiant Melanch-
 Luth. T. 1. *len. c. 1. de remissione peccatorum, quod PROPTER Christum gratis con-*
 L. f. 291. *b. §. sequamur remissionem peccatorum PER fidem, tantum asserti boni, ut o-*
 quod *si popu-* *nia incommoda obruat. Isti rationem excitati sobismatis reddent, qui mani-*
 lus. *festam veritatem initio condemnauerunt* p. 296. sq. Ob studium *charitatis*
 vel *sanctificationis* conseruandum, nulla nostri *persecutione* sic opus fuit,
 quoniam nihil eius *urgere* possunt aduersarii, quod non longe purius &
 firmiter doceri potest absque hypothesebus Tridentinis: *Charitatem* re-
 ferunt ad *unicam causam* formalem iustificationis §. LIV. iidemque dere-
 * *1. Cor. XVI. pente anathema* definiunt, *si quis dixerit, eum, qui fidem sine charitate*
 22. XII. 3. *V. 11. habet, non esse Christianum.* Scimus, Tridentino spiritui nihil nos oppo-
supra S. 45. *nere, nisi cuius causa ipsi sunt; si qui sub illius iugo sentiant rectius, de*
 his quidem *gaudemus ex animo, & sit soli Deo gloria!* p. 16. 141. sq. *Do-*
ctores vsquequaque in maximo sunt periculo, ne *alter propter alterum* *ver-*
ritatem detineat in argutiis scholasticis; idque ex humanis consiliis. p.
 18. sq. 59. 141. 235.

Quod ut & *nostratibus*, suo cuique genere, dictum esse velimus, eni-
 xe rogo, oro, atque obtestor, ne sub pallio formularum scholasticarum res
 ipsas, turbati, & propria viscera sæuiri sinant, sed tanquam coram Deo, qui
 hodie brachium suum excelsum tam manifeste ostendit, iudicare, & veri-
 tati pressæ testimonium cordate dare dignentur. Instar enim magis magis
 quæ magna illa dies Domini, quæ unicuique rependet suum, Gemere
 saltem liceat fidelibus, verbis B. Lutheri, cum turbas deplorasset homi-
 num, nihil veritatis, quocumque etiam modo ea declareretur, vel declarata
 dudum fuerit, admittentium. O DOMINE I. C. *indictio*
 & *celebra tu ipsæ concilium, & libera tuos aduentu*
 tuo glorioso.

p. 302.

A M E N !



99 A 6910

ULB Halle

3

002 710 579




56.

VD77

Petro

Mi. 68.







PAVLI ANTONII,
S.S. THEOL. D. ET P. P.

Dissertatio

DE

INSIGNI
HARMONIA

FIDEI,

QVAE iustificat,


&

FIDEI, quatenus iustificare dicitur.

EX LIBRIS SYMBOLICIS
concepta,

Et ad definitiones *CONCILII TRIDENTINI*,
vsumque etiam ecclesiae modernum ac praesentissimum adplicata.

NOVA EDITIO PRIORIBVS CONFORMIS.



HALE MAGDEBURGICÆ,
LITERIS CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.
ANNO MDCCXXXIII.

